

PONTIFICIUM ATHENAEUM URBANIANUM DE PROPAGANDA FIDE

---

DE COGNOSCIBILITATE LEGIS NATURALIS

---

A P U D

S A N C T U M T H O M A M

---

PAULUS TING (chan)

Thesis ad Lauream in Facultate Theologica

1940 = 1941

---

## BIBLIOGRAPHIA

- Aertnys-Damen, C.SS.R., *Theologia Moralis*, Taurini, 1939.
- Ahrens H., *Cours de droit naturel*, Lipsia, 1892.
- Alphonsus a Ligerio (S.), *Theologia Moralis*, ed. Gaudé,  
Romae, 1905-1912.
- " " *Opere ascetiche, dogmatiche e  
moralis*. Voll. 10, ed. Marietti, Torino, 1887.
- Ansaldi C., *De principiorum legis naturalis traditione*,  
Mediolani, 1742,
- Antoine Paul Gabriel, S.J., *Theologia universa speculativa  
et dogmatica*, Bessani, 1830.
- Arriaga Rodericus (de), S.J., *Disputationes theologiae in  
Sum. S. Thom.*, Voll. 8, Antverpiae, 1643.
- Audisio ., *Juris naturalis et gentium, privati et publici  
fundamenta*, Neapoli, 1853.
- Azorius J., S.J., *Institutionum moralium, in quibus univer-  
sae quaestiones ad conscientiam recte aut prave fac-  
torum pertinentes breviter tractantur*, Voll.3, Ro-  
mae, 1600-1611.
- Ballerini R. (P.B.P.V.), *Risposte alla lettera del Padre  
Paolo Segneri S.J. sulla materia del Probabile*, Ve-  
rona, 1733.
- Bancel L., *Moralis Divi Thomae Aq. ex operibus ipsius ex-  
acte deprompta et in unum collecta*, Monterelegali, 1860.
- Berti J., *Librorum XXXVII De Theologicis disciplinis accura-  
ta synopsis quam ... concinavit notis perpetuis ac  
c movis quibusdam dissert. auxit*, Bassani, 1789.

- Besombes J., *Moralis christiana*, Mutinco, 1775.
- Billot L., S.J., *La Province de Dieu et le nombre infini d'homme en dehors de la voie normale du salut*, <sup>(Publ. in variis fasc.)</sup> *E-* *tudes Religieuses (Paris)*, 1919-1923.
- Billurat F.C.R., *Summa S. Thomae hodiernis academicis moribus accomodata sive Cursus Theologiae juxta mentem Bivi Thomae*, Parisiis, 1904.
- Boenacker A.eyon, *Grondbeginselen des Morale philosophie*, Antwerpen - Brussel, 1922.
- Bouquillon Th.Jo., *Theologia Moralis Fundamentalis*, Brugis, 1903.
- Brix D., *De Principiis Juris Canonici*, Parisiis, 1752.
- Cajetanus Thomas de Vio, *Commentarium in Sum. Theol. S. Thomas*, In edit. Leoniana S. Theol. S. Thomae, voll. 4-12. Romae, 1888-1906.
- Caponi a Poverta, *Summa totius Theologiae D. Thomae de Aquino Angelici... cum elucidationibus formalibus...*, Venetiis, 1596.
- Capreolus Jo., *Defensiones Theologiae Divi Thomae Aquinas*, Turribus, 1900.
- Castellein, S.J., *Le droit naturel*, 2 ed., Bruxelles, 1912.
- Cathrein V., *Recht naturrecht und positives Recht*, Freiburg, 1909.
- " " " , *Quo sensu sc. S. Th. ratio sit regula actuum humanorum*, <sup>In "Gregoriam"</sup> t. 5 1924, p. 594-594 (Romae) 1924.
- " " " , *Das jus gentium im römischen Recht u. bei innhl. Thes.* v. a., *Philos. Jahrb. (Fulda)*, t. II, 1889, p. 373-387.
- " " " , *Filosofia morale*, prima versione italiana sulla *Sc. tedesca a cura del cam. E. Tomassi*, Firenze, 1913.

III

Cathrein V., S.J., Opusculum de bonitate et malitia morali  
dogctrina S. Thomae, Lovanii, 1926.

\*Chisholm A., Conscience, its nature and authority, London,  
1934.

Collet P., Universa Theologia Moralis sive paelectionum  
theologicarum Honorati Tournely continuatio, voll.9,  
Venetiis, 1746-1758.

Concina D., O.P., Avvertenze controposte alla storia del  
probabilismo e del rigorismo, Tinsidlen, 1744.

" " " , Theologia Christiana dogmatico-moralis,  
Bononiae, 1769.

Conradus G., O.P., Scholastica Commentaria in I-II S. Thomae,  
Coloniae, 1512.

Contenson V., O.P., Theologia mentis et cordis, Lugduni, 1667.

\*Cumberland R., De legibus naturae disquisitio philosophi-  
ca, London, 1672.

De Blic T., Probabilisme, in Dict. Apol. de la Foi Catholi,  
ed. a D'Alès, c. 301-340.

Del Vecchio .., Il concetto della natura ed il principio  
del diritto, Roma, 1922.

\*Dotres F.J. y Aurrencocchea, Santo Tomas de Aq. y las leyes,  
in Rev. Ciencias jurid. social., t. 13 (1930), p. 303-  
355, 421-484; t. 14 (1931), p. 137-175, 274-308,  
439-477, 593-632.

Estius G., In IV libr. Sent. Commentarius quibus pariter S.  
Thomae Sum Theolog. partes omnes mirifice illustrantur,  
Venetiis, 1777-8.

Exporito C., La conoscenza della legge nel diritto e nella  
morale, in Riv. intern. di filos. del diritto, Roma,  
15 (1935) p. 407-419.

Friederich C.J., Diritto naturale elegge di natura, in  
Rivista intern. di filos. del diritto, Roma, XV  
(1935), p. 461-486.

Gerberon G., La règle des moeurs contre les fausses ma-  
ximes de la morale corrompue, Utrecht, 1735.

Giacommazzi G., Diritto naturale e diritto positivo, Pa-  
lermo. Montaino, 1935.

Godoy P. de, C.P., Disputationes theologicae, Vols. 7, Ve-  
netiis, 1763.

Gonzalez Th., Fundamentum theol. moralis i.e. de recto usu  
opinionis probabilis, Venetiis, 1694.

Gonet J.B., Manuale thomistarum, Pataviis, 1718.)

" " " Clypeus theologiae thomisticae, Coloniae, 1677.

Gonet J.B., Manuale thomistarum seu brevis theologiae cur-  
sus, Vols. 6, Lugduni, 1680.

Grabmann M., S. Tommaso (Versione ital. di Fabrio G.) Milano  
1920.

Guarini G.B., Juris naturalis et gentium principia et offi-  
cium ad christiana doctrinam ex regularium exacta et  
explicata, Romae, 1769.

Habert L., Theologia Dogmatica et moralis in VIII Tom. in  
compendio distributa, Venetiis, 1734.

Heineccius J.C., Elementa juris naturae et gentium, Neapoli, — G  
1783.

Hesselius Jo., Catechismus, Lovani, 1691.

Heinenlohe C., Jura naturalia tanquam terminus ad acquiren-  
da et excendenda, in "Acta congressus juridici inter-  
nationalis, 1934", Vol. V, p. 395-417, Romae, 1937.

Jeannes a S. Thoma, O.P., Cursus theologicus in Sum. Theol.

S. Thomae, Parisiis, 1883-1886.

Jouffroy .., Cours de Droit naturel, Paris, 1858.

Kuhn F., Die Probleme d. Naturrechts bei Th. v. A., Münchener I.D., 1909.

Lachance L., O.P., Le concept de Droit selon Aristote et S. Thomas, Paris, 1933.

La Pira G., Il diritto naturale nella concezione di S. Tom. d'Aq., in Riv. Filos. Neo-scolast., Milano, Supplemento speciale al t. 26, 1934, p. 193-205.

Laversin M.T., O.P., Droit naturel et droit positive d'après S. Thomas, in Riv. Thom., Toulouse, 38 (1933), p. 1-50; 177-217.

Layman P., S.J., Theologia moralis in 5 libres partita, Venetiis, 1719.

Leclercq J., Leçons de droit naturel (Etudes morales, sociales et juridiques) Voll. 4, Namur-Louvain, 1933-1937.

Leclercq J., Note sur la position actuelle du droit naturel, in Rev. Neo-scol., Louvain, 1938, p. 276-278.

Ledesma M., O.P., Commentarius in IV Sententirum, Coimbricae, 1555.

Lehmann L., O.P., Si la "recta ratio" de S. Thomas signifie la conscience, in Rev. Thom., Toulouse, Nouv. Série, t.8 1925, p. 159-166.

Lessius L., S.J., De Justitia et jure coeterisque virtutibus cardinalibus libri 4., Venetiis, 1617.

Lezama J.B. de, Summa Theologiee sacrae, 5 voll., Romae, 1651-8. —

Lottin O., L'ordre morale et l'ordre logique d'après S. Th. d'A., in Annales de l'Inst. Sup. de Philos., Louvain, V (1924), p. 303-399.

" " La définition classique de la loi, in Rev. Neoscol.

- de philos., Louvain, t. 26, 1925, p. 251-255.
- Lettin O., Le droit naturel chez S. Thomas d'Aquin et ses prédecesseurs, Bruges, 1931.
- " " Loi morale naturelle et loi positive d'après St. Thomas d'Aq., Louvain, 1920.
- " " Les premiers lineaments du traité de la syndéresse au moyen Age, in Rev. Neoscol., Louvain, 1926, P. #22 seg.
- " " Le problème de Ignorantia juris de Gratien à S. Thomas, in Rech. de théol. anc. et med., Louvain, 1933, p. 634-652, 723-738.
- " " La nature du péché d'ignorance. Enquête chez les théologiens du XII et XIII siècle, in Rev. Thomiste, Toulouse, 1932, p. 634-652; 729-738
- " " Les débuts du traité de la prudence, in Rech. de théologie anc. et med., Louvain, 1932, p. 270-293. — 2
- " " La valeur normative de la conscience morale. Les premières solutions au Moyen Age, in Eph. Theol., Louvain, 1932, p. 409-431.
- " " Indifférence des actes humains chez S. Thomas et ses prédecesseurs, in Miscellana Vermeesch, Roma, 1935, I, p. 17-35
- Lugo Jo. de, S.J., De justitia et jure, Lugduni, 1642.
- Iancini A., Dell'ignoranza in rapporto al volontario, in Palestra del Clero, Roma, 1934- t. I, p. 554-556.
- " " L'innatismo in rapporto ai principi assoluti dell'etico, in Rassegna di morale e diritto, Roma, 1940, p. 132-154.
- Marchello G., Il problema critico del diritto naturale, in Istituto giuridico della R. Università, Torino, 1936,

Maréchal C.F., *De legis natura et partibus sec D.Th.A.*,  
Lyon, 1854.

M. B. , *Institutes du droit naturelle publique et privée*  
et du droit des gens, Paris, 1866.

Medina B. de, O.P., *Expositio in I,II S. Th.*, Venetiis, 1590.

Meerssemau G., O.P., *Le droit naturel chez S. Thomas et ses*  
*prédecesseurs (recensio et suppl. celebris operis*  
*O. Lottin) Angelicum*, Romae, 1932, p. 63 sqq.

Merkelbach B.H., O.P., *Summa Theologiae Moralis*, Voll. III,  
ed.3, Parisiis, 1940.

Messius A., S.J., *L'Ideale del diritto e il diritto natura-* — no  
le, in *Civiltà Cattolica*, Roma, a 85, 1934, t.1,  
p. 475-490.

Meyer Th. S.J., *Institutiones juris naturalis*, Freiburg in Br.,  
1906.

Mitterer A., *Nature und Naturrecht der Rassen nach Thomas*  
von Aq., in *Schoenere Zukunft*, Wien , t. 10, 1934-35, — ,  
p. 1303-1305.

Molina L., *De justitia et jure*, Moguntiae, 1614.

Molanus Jo., *Theologiae practicae compendium*, Coloniae, 1591.

Orzechowski ., *Sulla legge morale naturale sc. S. Th. d'Aq.*,  
in *Gregoriamum*, Roma, t.3 (1922), p. 557-71.

Oviedo Fr. de, *In I, II Divi Thomae*, 1 vol., Lugduni, 1646.

Pagano A., *Delle vicende storiche del concetto del diritto*  
*naturale*, in *Rev.. filosofica*, Milano, t.7 (1908)  
p. 64-100.

Paserini D'Etreves A., *Diritto naturale e distinzione fra mo-* — /  
*rale e diritto nel pensiero di S. Tommaso d'Aq.*,  
Milano, 1937.

VIII

Patuzzi V., O.P., Lettere apologetiche ovvero difesa dot-trinale dell'Angelico Dottore della Chiesa S. Tom. d'Aq., contro le calunnie dei suoi accusatori, Venezia, 1763.

" " " La causa del probabilismo revocata all'essame etc., Napoli, 1754.

" " " Trattato della regola pressima delle azioni umane, Venezia, 1758.

" " " Ethica christiana seu theologia moralis, Besami, 1790.

Prümmer D., O.P., Manuale theologiae moralis sec. principia S. Thomae Aq., Vol. I, Friburgi Brisgoviae, 1935.

Puffendorf S., De jure naturae et gentium, libri, 8, ed. Classics of intern. law, Oxford, 1934.

Rachel S., De jure naturae et gentium dissertationes, ed. Classics of intern. law, Washington, 1916.

Renz O., Die Synderesis nach dem Heil Thomas, (Beiträge zur Geschichte der Philos. de M.A.), t. X, fasc. 1-2, Münster, 1911.

Richetti I., Legge eterna e legge naturale in San Tommaso, "Studium", Romae, 1940, p. 86-94.

Rechner A., O.P., Naturrecht und positive Recht, in Divus Thomas (Freiburg), t. 12, 1934, p. 59-85.

Roland-Gosselin ., La théorie thomiste de l'erreur, in Mélanges thomistes, pp. 253-274. Le Shulcheir, Kain, 1923.

Romani S., De norma Juris, I, Roma, 1937.

" " De norma juris canonici, lib. I, De legibus, sect. 1. De legis natura deque virtute, Romae, 1940.

- Romani S., *Philosophia juris* (Lithogr.), Romae, 1933-34.
- " " *Institutio in jus*, Romae, 1932.
- " " *Le basi della morale e del diritto*, in *Rass. di Morale e Diritto*, Romae, 1935, p. 9-28.
- " " *Principia juris ecclesiastici publici*, I - *Fundamenta* (Lithogr.), altera ed., Romae, 1938-39.
- " " *La genesi psicologica del problema morale*, in *Rass. di Morale e Diritto*, Romae, 1935, p. 32-39.
- " " *Propedeutica juris canonici*, Romae, 1939.
- " " *Philosophia juris et juris naturae fundamenta*, Romae, 1932.
- " " *Theologia moralis*, Romae, Vol. I, 1940.
- " " *Institutiones juris canonici*, vol. I, *Jus Constitutionale*, Romae, 1941.
- " " *De ignorantia legis*, in *Acta Congressus juridici internationalis*, 1934, Vol. IV, p. 61-119, Romae, 1937.
- Roßmimi A., *Filosofia del diritto*, Intra, 1865.
- Salmanticenses, *Cursus theologicus Summa theologica Angel. doct. Thome complectens*, Venetiis, 1677-1717.
- Schelfhout O., *De consentia et synderesi*, *Collectiones Gandavenses*, 1934, (31), p. 32-38.
- Schilling C., *Das Völkerrecht nach Thomas von Aquin*, in "Das Völkerrecht", herausgegeben von G.J. Elbers, Heft 7, Freiburg in Br., 1919.
- Schmäder K., *Die Synderesis und die ethischen Werte*, in Phil. Jahrb, Fulda, 1934, p. 297-307.
- Schwarz I., S.J., *Institutiones juris publici naturalis et gentium*, Augustae, 1743.
- Sertillanges A.-D., O.P., *La philosophie morale de St. Thomas*

- d'Aquin, Paris, 1922.
- Simon I., Critique de la connaissance morale, in Coll. quest. disput., Vol. XIV, Paris, 1934, p. 105 sqq.
- Sinnigh Jo., Saul ex-Rex, Coloniae, 1665.
- Soto D., De justitia et jure, Venetiis, 1594.
- Steleysert M., Theologiae practicae aphorismi, Lovani, 1716.
- Suarez Fr., S.J., De legibus, in Opera omnia, Ed. Vives, Paris, 1856, t.5 et 6.
- Sylvius Fr., Commentarii in Sum. S. Thomae, Voll. 4, Antverpiæ, 1667.
- Tanner A., Universa theologia scholastica spiritualis practica ad methodum S. Thomae ecc., Ingolstadii, 1926-7.
- Taparelli D'Az., Saggio teoretico di diritto naturale, Roma, — 7  
1900.
- Terillus A., Fundamentum totius theologiae moralis seu tractatus de conscientia probabili, Leodii, 1663.
- Thidij L., Speculativum practicum sec. S. Thomam. Quomodo se habeat in actu humano, Romæ, 1939. — 2  
in Studia Aquinianum. 9.
- Thomas Aq. (S.), Scriptum super libros sententiarum magistri Petri Lombardi ep. Paris., t. I et II ed. nova cura R.P. Mandonnet O.P., Paris, 1929. t. III recognovit atque iterum edidit R.P. Maria Fabianus Moes O.P., Paris, 1933.
- " " " In metaphysicam Aristotelis commentaria, ed. Marietti, Taurini, 1926.
- " " " In decem libros Ethicorum Aristotelis ad Nic. expositio, ed. Marietti, Taurini, 1934
- " " " In omnes S. Pauli Apostoli Epistolas commentaria ecc., ed. Marietti, Taurini, 1929.

- Thomas Aq. (S.), Quaestiones disputatae et quaestiones duodecim quodlibetales etc., ed. Marietti, Taurini, 1931.
- " " " Summa theologica, ed. Marietti, Taurini, 1937.
- " " " Opera Omnia, ed. Leoniana, t. I-XV, Romae, 1882-1932.
- " " " Opera Omnia, ed. Vives, Parisiis, 1871-1880.
- Thomafius C. Fundamenta juris naturae et gentium, Hall-Leipzig, 1718.
- Toletus F., In Summam S. Thomae enarrata, Vol. 4, Romae, 1869.
- Toso A., De conceptu legis juxta Aquinatis doctrinam, in Jus Pontificium, Romae, 1924, p. 31-36.
- Turner J. E., The Philosophic base of moral obligation, in Study in Ethics, London, 1924.
- Valesin A., Traité de droit naturel, Paris, 1920-24.
- Valentia Gr. de, S.J., Commentaria theologica, Lugduni, 1609.
- Vallaro St. M.M.O.P., Della legge naturale note risuntive, ed esplicative, in La scuola cattolica, Milano, 1939, p. 437-504.
- Vattel E. de, Le droit des gens ou principes de la loi naturelle etc., ed., The Classics of international law, Washington, 1916.
- Vasquez G., S.J., Commentaria ac disputationes in Summam S. Thomae, Lugduni, 1620.
- Vermeesch A., S.J., Theologia moralis, t.1, Romae, 1933.
- Viva D., B.J., Cursus theologiae moralis, Beneventis, 1737.
- " " " Damnatarum thesaurus theologica typtina, Pata-vii, 1723.
- Wigger Jo., Commentarium in S. Th., Vol. 8, Lovanii, 1658.
- Vlissingen P., O.F. Cap., De evolutione definitionis juris

XII

- gentium, Romae, 1940.
- Wernz F., S.J., L'imputabilité de l'erreur d'après S.  
Thomas d'Aquin, in Rev. Neoscol., Louvain, t.27  
(1925), p. 225-242.
- Wittemann ., Die Ethik des hl. Thomas v. A., Monaco, 1931.
- Ysambertus N., Disputationes in S. Thome Summam, Vol. 6,  
Lutetiae Parisorum, 1648.
- Zallinger ., Institutionum juris naturalis et ecclesiastici  
publici, libri V, Romae, 1832.
- Zammit D.P., The concepts of right according to Aristotle and  
Thomas h., in Angelicum, Romae, Vol. XVI (1939),  
n.2, p. 245-260.



XIII

INDEX GENERALIS

	Pag.
BIBLIOGRAPHIA .....	I=XLII .
INDEX GENERALIS .....	XLII•
INTRODUCTIO .....	I=I8 .
CAPUT I. CONCEPTUS LEGIS NATURALIS APUD S.THOMAM.	19=43.
Articulus 1. Fons legis naturalis apud S.Thomam	19=27.
Articulus 2. Elementa essentialia Legis naturalis apud S. Thomam. ;;;	28=36.
Articulus 3. Ambitus legis naturalis apud S.Thomam	36=43.
CAPUT II. COGNOSCIBILITAS LEGIS NATURALIS IN SUIS PRINCIPIIS APUD S.THOMAM. ....	44=74.
Articulus 1. Perspicuitas .....	44=60.
Articulus 2. Indefectibilitas .....	61=74.
CAPUT III. COGNOSCIBILITAS LEGIS NATURALIS IN SUIS CONCLUSIONIBUS APUD S.THOMAM. ....	75=127.
Articulus 1. Formatio conclusionum legis naturalis earumdemque relatio ad prima principia apud S.Thomam. ....	76=100.
Articulus 2. Cognoscibilitas conclusionum legis naturalis apud S.Thomam. ....	101=127.
CONCLUSIO GENERALIS. ....	127=129.

\*\*\*\*\*

INTRODUCTIO

Problema cognoscibilitatis legis naturalis in sensu negativo ignorantiae et erroris, his ultimis duobus praesertim saeculis, quam maxime animos theologorum moralistarum perturbavit. Isti jam inde a saec. XIII disceptare incepérunt de opinione homini sequenda in casu, in quo legis obligatio est dubia (problema probabilismi); quae disceptatio, in initio veluti scintilla vix perceptibilis, in decursu saeculorum lenite crevit, donec in saeculo XVIII et XIX totam fere theologiam <sup>moralium</sup> pervaserit. (1). Theologi, qui huic disceptationi interfuerunt, in duas magnas turmas sibi ~~vicem~~ oppositas divisi sunt, scilicet probabilistas et antiprobabilistas, quorum primi favebant potius libertati, alteri vero potius legi. Ardore polemico succensi, tam hi probabilistae quam illi antiprobabilistae ad arma omne genus recurerunt, quae quoque modo eis videbantur apta sive ad propriam positionem consolodandam sive ad adversariis vulnus infligendum. Cum vero problema cognoscibilitatis legis naturalis sit problema problemati probabilismi valde connexum, quinimo ab ejus solutione dependeat ? sors doctrinae utriusque partis; quapropter ambae partes ei totis viribus incumbere non dubitaverunt.

Problema hoc jam a theologis medii aevii, immo ab ipso S. Augustino, aliquatenus tactum fuit (2), nihilominus generalem

---

(1) Cfr. Aertnys-Damen, *Theologia Moralis*, Tom. I, Introd. par. III; Romani S. *Theologia moralis* Vol. I, *Prolegomena lib. I*, Introduct. n. 81; Bouquillon, *Theologia Moralis Fundam.* n. 184 sqq.

(2) Cfr. J. De Blie, *Dict. d'Apologétique d'Alès*, *Probabilisme* col. 308.

attentionem theologorum non meruit nisi postquam Jansenius cum suis sequacibus hanc circa quaestionem erraverit.

Juxta Jansenium e*jusque* sequaces, dari non potest ignorantia vel error invincibilis ac inculpabilis legis naturalis, qui excusat hominem a peccato. Ratio est quia hujusmodi ignorantia vel error, ut sit invincibilis ac involuntarius respectu nostri, est tamen voluntarius ac culpabilis voluntate Pretparentis, quapropter sine peccato esse non potest: "quantumvis igitur, en *eius* verba, hujusmodi ignorantia proprie peccatum non sit, quantumvis etiam humanae potestatis invincibilis sit.....quia tamen poena peccati sit, sine peccato non est" (1). Haec sententia damnata est an. 1690 ab Alexandre VIII (2).

Impellente errore Jansenismi, theologi moralistae quaestioni majori cum vigore studere inceperunt. Eorum tamen studium ne dum quaestioni finem posuit, ut novis disidiis eam difficiliorum ac complexiorum reddiderit. Adversus Jansenium ipsi concordes erant: quicumque ignorantia vel error dummodo sit omnino involuntarius ac vere invincibilis respectu nostri, est etiam inculpabilis et excusat actum eam subsequentem a peccato formalis, non obstante quod sit sequella vel poena peccati originalis (3). Sed utrum dari possit ignorantia vel

---

(1) Jansenius, Augustinus, De Statu naturae Lapsae, lib. II, c. 6.

(2) Cfr. Denz. n. 1292.

(3) Quarreter doctrina antiprobablistarum nunquam confundenda est cum doctrina Jansenii; eorum enim fundamenta sunt omnia diverse: Jansenius dicit ignorantiam invincibilem legis naturalis non excusare hominem a peccato, quia haec est poena peccati originalis voluntariaque voluntate Adami; antiprobablistae vero tenent talem ignorantiam non excusare non quia ipsa est voluntaria voluntate Adami, sed quia semper est effectus ejusdem peccati actualis, quod ex voluntate propriae hominis dependet.

vel error omnino involuntarius ac vere invincibilis respectu nostri in ambitu legis naturalis? Quisque suo sensu abundat. Quidam, inter quos enumerabantur praecipue Joannes Sinnighius Martinus Staeyartius e scholis Lovaniensium, et Joannes Vincentius Patuzzi ex Ordine Praedicatorum, omnes ex castis probabiliorisparum, negabant dari hujusmodi ignorantiam vel errorum.

Hi quidem distinguebant ignorantiam, consequenter etiam errorem, invincibilem in theoretice invincibilem et practice invincibilem: prima est qui non potest vinci per studium vel inquisitionem intellectus, ita ut scientiam ipsi contrarium acquiramus; altera vero est, qui non potest vinci per studium queque voluntatis, quo a periculo peccandi liberamur (1). Et

(1) Sic v.g. Staeyartius in suo Aphorisme, part. I, dist. 2, n. VII: "porro dum dicitur omnis ignorantia juris naturae esse ~~de~~ vincibilis; sensus non est posse illam semper vinci solo studio et inquisitione intellectus, ita ut scientiam ipsi contraria acquiratur. Sed modi alii vincendi sunt, per studium queque voluntatis, quo et cor nostrum purgemus ab affectibus pravis et cremen Deum ut illuminet tenebras nostras vel certe nos ab occasionibus impigendi in legem suam denique quo moniti de periculo mali in actione aliqua, diligentia tale periculum evitemus. His quippe posterioribus modis ignorantia <sup>liberet</sup> vincitur saltus practice: vinci potest sic nimirum ut peream non cadamus. In Append. ad I part. controv. 3. q. 2 c. justis operis vivide describuntur varii modi quibus practice vinci potest aliquis ignorantia vel error: "Contra hanc primo notandum est quod sentiat, ignorantia aliquam esse vincibilem plures enim sunt modi quibus vincatur ignorantia: Primo namque vincitur studio seu dispositione humana qua sit per intellectum, sive e consilio hominum sive denique ex meditatione et consideratione nostra. Hoc modo Pyclagius ignorantiam supradam esse putabant, alioquin eam fere invincibilem et ab omni culpa immunem. Alius modus vincendi sunt per expurgationem effectum et habitum pravorum, qui junta S. Th. causa sunt ear lex naturalis a cordibus hominis deleatum: et quibus amotis legere licet in cordibus nostris legem a natura illis inscriptam. Tertius est perorationem continua ad quam

*dilebant*  
~~Cicut~~ ignorantiam vel errorum practice invincibilem, non —  
vero theoretice invincibilem esse omnino involuntarium et  
vere invincibilam, ~~ap~~(I) Applicando hanc distinctionem ad

~~Minet oculis~~ nostros ne unquam obdormiant in morte et qua  
praecipue proponitur clericis in Psal. III 8 quem quotidie  
legunt. Et hinc potius disputabat quam ut ex Psalmo dice-  
ret: "Da mihi intellectum ut discam mandata tua" Alius de-  
nique modus est per exactam observationem eorum quae jam —  
scimus, et qibus observatis Deus nos revelet illa ad quo-  
rum notitiam nondum pervenimus. Denique ultimus modus est  
orando Deum quotidie: "Dirige in conspectu tuo viam meam"  
vel quod commune est omni fidele: "Et ne nos inducas in  
tentationem", quo petimus perseverari ab occasionibus pec-  
catorum ignorantiae, ita ut si Deus nobis circa certa quae-  
dam agenda veritatem non revelet, renoveret saltem occasio-  
~~usendi seu docendi contra legem suam, atque nobis modis sibi cognitis~~  
nem significationem ut fugiasmus facie arcus, quod praecipue — a  
facit injiciendo nobis saltem dubium de agendis vel docen-  
dis, propter quod dubium si abstinemus, jam practice igno-  
rantiam ~~vincimus~~: si vero e non obstante pergamus ut fa-  
ciunt qui permicue probabilia sectantur, nobis imputemur  
quod legem De et naturae transgrediamur".

(I) Ita vigi quidam antiprobabilista sub nomine P.B.P.V. in  
sua "Riposta alla lettera del P. Segneri..." cap. V § 4 haec  
scribit: "... l'ajuto necessario al conoscimento della ve-  
rità non si deve prendere solo da quella industria, che  
usarsi si può con lo studio delle forze naturali, ... ma si —  
vuole dirivare principalmente della grazia di Gesù Cristo  
per cui la nostra mente con opportune illustrazioni richi-  
arata a conoscere il vero. E poiché questa speciale grazia  
dateci per vincere l'errore, non menoche quella per supera-  
re le concupiscenze secunde le regole dell'ordinaria pro-  
videnza si deve implorare con l'orazione, non sole diligen-  
te ricerca delle verità si richiede, ma di più ferventi —  
preghiere debbone porgersi al Signore, pregando instantan-  
emente, come faceva Davide... che si dia intellecto per discernere la verità e la giustizia. E sicome li precetti  
della divina legge (e perciò anche quella di saperla) non —  
sono impossibile perché quantumque non si possono adempi-  
re con la virtù naturale, si possono non dimeno seguire con —  
quella, che ci vien dalla grazia, la quella lo dobbiamo  
in pronto alle occasioni per far ciò che con l'ajuto di — o  
essa possiamo se ci manca, la possiamo ottenere pregando  
... Cosi neppur ignoranza si può dire invincibile, perché  
similmente con lo stesso ajuto della divina grazia si può  
supprare....."

materiam legis naturalis dicunt, circa legem naturalem dari posse ignorantiam vel errorem theoretice invincibilem, nunquam vero ignorantiam vel errorem practice invincibilem (1)

Plura argumenta ad assertionem probandam adducere conantur sunt (2) inter quae unum duntaxat, idque principale afferimus: facienti id quod in se est, Deus non denegat gratiam. Itaque si homo ignorat aliquam legem vel obligationem in hac vel in illa occasione, id aliunde non provenit nisi ex eo quod Deus illi non dedit gratiam vel lumen necessarium ad illam cognoscendam. Sed cur Deus non dedit? Non nisi quia homo non sufficienter petierit, vel quod ejus cor a pravis affectibus immune non fuerat, et ita porro. Ergo ex ejus negligentia sunt ignorantia vel error. Quapropter jure Amerique ei a imputantur ad culpam tam ipsa ignorantia, quam etiam violatio legis, quae talem ignorantiam vel errorem consequitur. (3) e

- 
- (1) Ita Steyartius in loco modo citatio, post verba citata haec adjungit: "His notatis ... dicimus ignorantiam juris naturae esse vincibilem .... nunquam aliquid ex tali ignorantia juris naturalis transgredi, quin aliquo saltem ex modis supradictis eam vincere potuisse, si non per naturam, certa per gratiam..."
- (2) Cfr. Steyartius. ep. cit. append. ad Ius part. controv. 3.Q.3; Patuzzi Ethica christiana vel theol. moralis De Rat. hum. dist. I.cap.7. § 5 et sqq.
- (3) Cfr. Patuzzi op.cit. De Rat.hum.diss.I, cap.7, § 7: "...non est simpliciter dicenda invincibilis ea ignorantia, quae tametsi vinci nequeat solis naturae viribus, vinci tamen potest viribus gratiae. Sed absolute et generaliter lequendo ignorantia praecessorum ad jus naturale pertinentium saltem viribus gratiae quod homini, nisi impedimentum obiciat, non deest, vinci ac superari potest, igitur non est simpliciter dicenda invincibilis, adeoque nec culpae expers.... Cum igitur hoc salutari saltem medio divinae gratiae nobis

Quod argumentum valet non solum pro cognitione praceptorum primariorum ac secundariorum legis naturalis, quae humanae rationi faciliter innotescunt (1), sed etiam pro cognitione querundam praceptorum obstructiorum, ut aiebant, quae aliquo modo ad legem naturalem referuntur (scil. conclusiones remoticres) dummodo ista cognitio sit homini necessaria ratione actus debiti (2).

Contra doctrinam dictorum theologorum probabilioristarum surgererunt fere omnes theologi tam probabilistae quam etiam antiprobabilistae; inter quos eminebat S. Alphonsus de Ligorio. S. Alphonsus, praeter varias breves tractationes hie et illie in variis suis operibus minoribus dispersas, amplam quandam dissertationem in Theologia Morali praesenti quaestioni ex professe dedicavit (3). Qua in dissertatione, non solum suam doctrinam a

(1) ./ . obdatae vincere ac superare possumus ignorantiam mandatorum Dei haec invincibilis nequamque dicenda est; atque adeo, si eam non vincamus, ex culpa nostra eritur, quae culpa inde sequentem nullatenus excusare potest".

(1) "His itaque (de ignorantia) premissis, ita v.g. Patuzzi, assertionem a me positam (quae sic sonat: si absolute et generatim loquamus nunquam invincibilis est ignorantia regularum sive praceptorum juris naturae) ita expono ut nempe nulla dari queat juris naturae, quae vere invincibilis sit ignorantia, ne dum quoad principia illa universalissima, quae in omnibus animalibus impressit naturae humanae Conditor Deus..... Verum etiam legum omnium et praceptorum, quae ex illis inferuntur et continentur in praceptis deo-legali, licet non omnia exprimantur, quemadmodum et casum omnium, qui in ipsis comprehenduntur, cognosci ab homine haud difficulter possunt, adhibitis mediis illis, quae ad cognoscendam veritatem in rebus morali bus necessaria declaravimus....." (Ethica Xna... De Rat. hum. diss. 1, cap. 7, § V; Cfr. Staeyart, op. cit. append. ad 1am part. controv. 3, q. 2; Sinnighius "Saul ex-rex", lib. 1, § 375-380)

(2) Cfr. Patuzzi, op. cit. De Rat. hum. diss. 1, cap. 7, § IX; Staeyart, op. cit. append. ad 1am part. controv. 3, q. 2.

(3) Cfr. Theologia Moralis lib. 1, n. 170 sqq.

a impugnationibus defendit suffragiis fere omnium theologorum  
minitem, sed et adversarios funditus evertit.

S. Alphonsus concordat cum supradictis theologis in affirmando  
solum ignorantiam vel errorem vere invincibilem excusare hominem  
a peccato formal<sup>i</sup>(1), sed ut ignorantia vel error sit vere  
invincibilis, necesse non esse ut superari non possit ab homine  
cum summa diligentia sed sufficere ut sit talis cum morali seu  
mediocri diligentia, ea nempe quam viri timorati adhibere solent  
pro gravitate materiae in veritatibus inveniendis (2).

Invincibili ignorantia vel errore ita intellecto, S. Doctor  
problemati proposito sic respondit: in lege naturali distingui-  
mus oportet tria genera praceptorum: prima principia, conclu-  
siones immediatas et conclusiones medietas seu obscuras (3)  
In primis principiis ~~seu~~ praceptis principalioribus, quae e  
sunt ex se nota et a synderesi dictata, non potest dari ignoran-  
tiae vel error invincibilis, ita nec in conclusionibus immedi-  
atis seu proxime deductis ex primis principiis, nisi raro casu  
in rudibus, et ad breve tempus, vel nisi ad illa aliqua circums-  
tantia apparenter coherente. In conclusionibus mediatis sive  
remotis dari potest, cum multae harum multae subtiles sint, ut  
~~non~~ rudes et ~~homines~~ ordinarii cum communi diligentia, quam adhibere  
tenetur, non pos int ad veram earum cognitionem pervenire, sed  
et ipsi viri docti et sancti, quales fuerunt sicuti S. Thomas

(1) "Si sit invincibilis, excusat. quis nemo peccat nisi actu  
voluntario; hic autem cognitionem prae-supponit" (op. cit. lib.  
l.n.168)

(2) Cf. Homo Apostolicus tractus cap. l.n. 4. et Instruzioni per i  
confessori cap.l. § 4.

(3) Cfr. Theol. Mor. ~~vel~~ lib. l.n. 170/ Homo apost. tract. I,  
cap.l n.5. Instruzioni per i confessori cap.l. § 5

et S. Bonaventura, quemadmodum indiscubiliter nobis testantur  
historia ac experientia (1)

Utpopria doctrina comprobetur ac confirmetur, tam S. Alphonsus quam etiam auctores illi antiprobabilitiae plures textus S. Scrip. S. Patrum nenen et theologicorum in sui favorem afferunt. Inter omnes tamen praesertim <sup>appellabant</sup> ad auctoritatem S. Thomas, ita v.g. S. Alphonsus profitetur suam doctrinam esse doctrinam — <sup>Probabilisticae</sup> — S. Thomas (2); similiter et illi theologi rigoristae (3) In sane mirum nobis apparet, quomodo idem S. Thomas trahi possit in doctrinas sibi oppositas. Quid revera sentiat S. Thomas de probleme cognoscibilitatis legis naturalis? Quaedam nempe est mens vera ac genuina ejus circa problema?

Disquisitio hodie non caret utilitate et actualitate. Imprimis enim studium circa S. Thomam nostra aetate, impellente tendentia neothomistica, in sinu Ecclesiae maxime floret; dein etiam quia disputatio circa problema cognoscibilitatis legis naturalis inter theologos adhuc viget, cum hac duntaxat differentia quod olim versabatur potius circa quaestionem: "utrum ignorari possit invicibiliter lex naturalis?", nunc vero circa: "quo usque ignorari possit?" (4) In hoc anno etiam novum capitulo de

Quicvis vero inquisitio positiva nos ab historia recedere vel eo maxime illum penitus emittere non permittit: presupposita enim historica et methodum systematicam conferre cernimus ut, systema thomisticum ex praedecessorum elementis in synthesim nervosam rectissimo tramite quod profluerit. Nam quemadmodum

(1) Cfr. Theol. Mor. Libl. 170 et sqq. Homo apost. Tract. 2.n.5.

(2) Theol. Mor. lib. I.n.173

(3) Patuzzi Ethic. christ. Tract. De ratione, <sup>hinc.</sup> diss. 1, cap. 7 § 2 — Vet VII; Steynaertius aphor. append. ad 1. part. controv. 3,

(4) G. Sinnighius, "Sal Ex rex" Lib. 1. § 360 sqq.

Cir. Vermeesch, Theol. Mor. I.ed. 3. (1933) n.53.

coeteri alii scriptores ita et S.Thomas in sua doctrina ab ambitu historico-doctrinali sui temporis omnino praeescindere non potest; priusquam igitur ad ipsum S.Thomam accedamus, hac in introductione, quaenam ad S.Doctoris mentis formationem pertinentia praemittimus.

Inter fontes ex quibus S.Thomas uttigit suam doctrinam indicamus ex philosophis Aristotelem, ex juristis, ius romanum et Decretum Gratiani, ex theologis S.Augustinum ac praecipuos Scholasticos, qui tempore S.Thomae vigebant. Pro S.Thoma enim sicut et pro coeteris aliis scholasticis scientia divina et scientia humana non sunt separatae vel disjunctae sed sunt sibi inviceme consociandae et componendae ideoque non solum traditionem Ecclesiae magna cum diligentia quæsivit sed et placita philosophorum ac juristarum sibi assimilavit (1).

Pluries in suis operibus Philosophus loquitur de legge vel ut ipse dicit, iuste naturali, præsertim in libris Ethicorum et Magnorum et Moralium. Juxta eum haec fundatur in ipsa natura humana et preinde habet in se quod (sit) immutabile (2) et omnibus hominibus commune (3). Lex naturalis lege legitima contradistinguitur, inquantum haec non ex natura sed "ex lege" i.e. ex institutione positiva civitatis eritur (4).

Ex eo quod sit immutabile ac omnibus commune, justum naturale non sinitur ignorari; si quis id ignorat, ignorantia nec est invincibilis nec involuntarius; ejusmodi ignorantia solum potest contingere in factis particularibus vele ad summum in

(1) Cfr. P. Parente: Quid re valeat humana de Deo cognitio secundum S.Thomam, (Excerptam ex Acta Pontif. accad. Romanae S. Thome Aq. et Rel. cath. nova series Tom. II an.1935, Taurini-Romae 1936) p.10

(2) Cfr. Ethic. ad Nic. lib.V, cap.VII, §. 1; Rethor. lib. I. cap. XIX, 10...

(3) Cfr. Rethor. lib.I.cap. XIII. (4) Cf. Ethic. Nic. lib. IV, cap. VI, 15-19, Ibid. cap. III, 50, Ibid. lib. cap. I, 14-15.

quibusdam articulis legum, qui cognitu difficiles sunt, nunquam vero in normis agendi universalibus (1) Patet ergo, juxta Philosophum, legem naturalem non extendi nisi ad quaedam praecepta communia, quae omnibus usu rationis fruentibus per se nota, nec ignorari nec errare invincibiliter (2)

Jus romanae → Ad instar ceterorum aliorum populorum antiquorum, etiam Romani habebant conceptum ejusdem normae agendi, quae fundatur in ipsa natura humana, quaeque proinde omnibus hominibus communis se habet. Jam Cicero haec dixit: "Quis est tan dissimilis homini, qui non moveatur et offensione turpidinis et comprobatione honestatis? Quis est qui non oderit libiniosam, protervam adolescentiam? quis contra in illa aetate pudorem, constantiam, etiamsi sua nihil intersit, non tamen diligenter? quis Pullum Numitorum, Eragellatum, proditorum, quamquam reipublicae nostrae profuit, non edit? quis ubbis conservatorem Cedrum, quis Erechthei filias non maxime laudat? cui Tibuli nomenodio non est? quis Aristidem non mortuum diligit? an obliviscimur, quantopere in audiendo, in legendoeque moveamur, quam pei, quoniamice, cum magno animo aliquid factum cognoscimus" (3). Talem legem Gaius "jus gentium" vocat, in quantum omnes gentes ea utuntur (4). Ulpianus vero, habita pree oculis naturae

(1) Cfr. Ethic. Nic. lib. III, cap. I, 15-19; Ibid. cap. III, 58; Ibid. cap. I, 14-15.

(2) Cfr. Jacq. De Blie Dict. d'Apologet. d'Alès, art. Probabilisme, col. 308.

(3) Cicero, De fin. bon. et mal. V, 22.

(4) "Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure futuntur. Nam quos quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est; vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur, vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utuntur" (Dig. I. I, tit. I, 9.)

humanae, fundamenti hujus legis, analysi, in duplicem partem distinxit, scilicet in jus naturale et jus gentium: ad primum pertinent eae rationes agendi, in quibus homo communicat cum coeteris aliis animalibus: ut maris et feminae conjunctio, liberorum procreatio et educatio etc. "jus naturale est quod natura omnia animalia docuit" (1); ad alterum vero reducuntur quae homini sunt proprie: "jus gentium est quo gentes humanae utuntur" (2). Distinctionem Ulpianam Institutiones Justinianae retinuit (3), e jus tamen rigorem haud parum mitigando (4).

Certum est, problema cognoscibilitatis legis naturalis prouti a theologis concipitur, juri romano ignotum fuit. Verum tanen id sub aspectu evolutionis historicae hujus problematis momentum suum habet, quod praetennitere aut negligere nobis non licet; quod momentum in eo praecipue consistit quod ex una parte suo tractatu, si ita appellare possumus, legis naturalis, nolens volens, viam ac elementa materialia problemati preparavit; ex alia parte quedam axiomata dictavit, ut: "juris quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero ignorantiam non nocere" etc. (5) "juris ignorantiam in usucapione negatur prodesse: facti vero ignorantiam prodesse contat" (6) et similia, quae super theologos

---

(1) Dig. I, I, h. t., 4.

(2) Ibid. Cfr. Bouquillon, Theol. Mor. Fund. n. 81.

(3) Cf. I, I, t. 2.

(4) Dicimus "eius tamen rigorem haud parum mitigando", quia Inst. Justin. non tam nitide distinguit jus naturale a iure gentium sicut Ulpianus, inquit quantum Inst. applicat saepe saepius juri naturali, quae Ulpianus juri gentium, et viceversa. (Cfr. Inst. I, t. 2, 11; Lottin, Le Droit naturel chez S. Thomas et ses prédecesseurs, 2 ed. Bruges, p. 8; P. Clementinus a Vlissigen, O. F. M. Cap. De evolutions definitionis juris gentium... Romae 1940, p. 34 sq.)

(5) Dig. XXII, 6. h. t., 9.

(6) Ibid. 4. Cfr. Romani S. De Norma Juris I, n. 188 sqq.

póteriores dictum problema aggredientes magnum influxum excruciant (1).

Juxta Gratianum "humani genus duobus régitur, naturali videlicet lege et moribus" (2). Jus naturale definiri potest: "id quod in lege vel evangelio continetur" (3). Sensus hujus non est quod quocumque in lege vel Evangelio invenitur juri naturali cohaerere probatur (4), sed in lege et Evangelio maxime proclamantur haec duo precepta moralia fundamentalia, quibus jus naturale praeceps constituitur: "quisque jubetur alii facere quod sibi fieri vult et prohibetur aliis inferre quod sibi nolit fieri" (5).

Jus naturale immutabiliter fundatur in ipsa natura humana, adeo ut quisque id quasi ex instinctu cognoscere posset; <sup>(6)</sup> quapropter omnibus, quibus est usus rationis ignorari aut errari non permittitur; si quis eam ignorat aut de ea errat a culpa immunis esse non potest. Hoc Gratianus formaliter exprimitur his verbis: "Notandum quoque est, quod non omnis ignorantie aliquem excusat. Est enim ignorantia alia facti alia juris. Facti alia est ejus facti, quod oportuit eum scire, alia, quod non oportuit eum scire... Item ignorantia juris, alia naturalis, alia civilis. Naturalis omnibus adultis damabilis est. Jam vero civilis aliis permittitur ignorari aliis vero non..." (7).

(1) Hae regulae in jure romano habuerunt solummodo valorem in foro civili, postquam vero susceptae fuerint a Grat. paulatim obtinuerunt etiam valorem in foro canonicis et conscientiae. (Cfr. De Elic J. Dict. d'Apologet. art. Probabilisme, col. 308)

(2) Grat. D. I, in princ.

(3) Ibid.

(4) C. 3. D. VI.

(5) D. I, in princ.

(6) C. 7. D. I.

(7) C. 12, C. I. q. 4.

Momentum S. Augustini in historia disciplinae theologieae neminem fugit. Fontibus tam profanis quam sacris profundissime imbutus, incomparabile patrimonium doctrinale theologis posterioribus transmissit. Omnibus fere problematibus majoribus, quae agitata sunt vel agitantur inter theologos ipse reliquit solutiones vel saltem germina solutionum. Quod ad problema cognoscibilitatis legis naturalis pertinet ex professo non tractavit, nihilominus ex operibus ejus doctrinam hinc inde haud difficulter percipere possumus.

<sup>re</sup> Promatis positio et ejus solutio sic a S. Augustino data est: "Si ergo Apostolus secundum legem quam Deus per Moysen populo Israel dedit, coeteris autem gentibus non dedit, sine lege dixit esse coeteras gentes; quid intellecturi sumus in isto. Psalmus dicit esse, praevaricantes aestimavi peccatores terrae, nisi intelligamus aliquam legem non // per Moysen datam, secundum quam sunt praevaricates coeterarum gentium peccatores? Ubi enim lex non est nec praevaricatio. Quae est ista lex nisi forte illa, de qua idem dicit Apostolus, gentes quae legem non habent naturaliter quae legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi <sup>sunt</sup> est lex. Secundum hoc ergo quod dicit, legem non habentes sine lege peccaverunt, et sine lege peribunt: secundum id vero quod ait, ipsi sibi <sup>sunt</sup> est lex; non immerito praevaricatores aestimantur et peccatores terrae. Nullus est enim qui faciat alteri injuriam nisi qui fieri nolit sibi: et in hoc <sup>transpreditor</sup> fratre, aliter naturae legem qui non sinitur ignorari, id quod facit non vult pati. Nunquid autem lex est naturalis non erat in populo Israel? Erat plene, quoniam et ipsi homines erant. Sine lege mutem naturali essent si praeter naturem humani generis esse potuissent. Nullo magis

ergo praevaricatores facti sunt lege divina,qua naturalis sive  
instaurata sive aucta sive firmata est."(1). Breviter in lege  
naturali non datur ignorantia vel error invincibilis ac incul-  
pabilis.

Solutio haec in summo lanceamento S.Augustinum non impedit  
quominus ~~asserat~~ <sup>siquidem</sup> legem naturalem spectatem in suis praeceptis —  
remotioribus, ignorantia vel errore, etiam invincibili (2), pati,  
necon et praecepta relative communia in ~~ceteris~~ casibus comple-  
xioribus. Id evidenter eruitur ex ejus celebri narratione mul-  
eris antiochenae,<sup>(3)</sup> quam plures auctores de cognoscibilitate legis  
naturalis loquentes libenter aducunt.(4).

---

(1) In Psal.118, Serm.26,4.

(2) Non deerant, praesertim ex rigoristis, qui S.Augustinum igno-  
rantiam invincibilem ac inculpabilem non tenuisse asserue-  
runt. Sed perperam. In opere De Lib.arbitr.lib.III,cap.19,oc-  
casione data ex querellis, quae ex ore nonnullorum christia-  
norum elapsae sunt, circa miserias nostras, in quas nos pra-  
cipitavit peccatum originale, S.Augustinus sequentem fecit  
sermonem: "...Dicunt enim, si Adam et Eva peccaverunt, quid nos  
miseri fecimus, ut cum ignorantiae coecitate et difficultati-  
bus cruciantibus naseemur, et prima erremus, nescientes quid  
nobis easse faciendum..... Quibus breviter respondetur, ut quis  
sciat et adversus Deum inuenire desinat.... O homo,  
non tibi imputatur ad culpan quod invitus ignoras, sed negligis querere, quod ignoras.....". His ultimis verbis S.Doctor  
clare delineat duplcam distinctionem ignorantiae, invincibi-  
lis scil., quae excusat a culpa (non tibi imputatur ad cul-  
pam quod invitus ignoras), et vincibilis, quae non excusat  
(tibi imputatur...quod negligis querere quod ignoras).

(3) In Serm.Dom.in monte sec.Math.lib.II,5.

(4) Cfr.v.g.Billuart,Curs.Theol.Vol.IV,tr.de peccatis,diss.V,a.  
4.

Generatim loquendo problema cognoscibilitatis legis naturalis Scholastici tempore S.Thomae vigentes S.Augustinum et Gratianum secuti sunt. Negabant dari ignorantiam vel errorem invincibilem ac in-culpabilem in lege naturali, sed nomine legis naturalis veniebant solummodo quedam praecepta communia, nobis vel lumine naturali intellectus per se nota vel ope ratiocinii facillime negetio acquirenda. Ita v.g. S.Beneventura in Speculo animae sic discurrit: "circa ignorantiam juris naturalis nota quod nullus excusatur quin peccet faciendo contra legem naturalem. Hoc autem jus naturale seu lex naturalis appellatur illud, ad cuius cognitionem ~~per hominem~~ per naturalia attingere; constat enim, quod tale ignorat, hoc eis negligentia contingat" (1). Idem S.Doctor in Centileg. ait: Ignorantia juris naturalis non excusat, cum sit scriptum in corde hominis" (2). Ita et S.Albericus Magnus, Magister S.Thomae: "Ignorantia juris est duplex, quia quoddam est jus universale quod omnibus imponitur ad sciendum, et quoddam est particulare quod non scitur nisi per studium; et puto quod prima est crassa et supina, non excusans; secunda autem excusat vel a tante vel a toto...." (3). Similiter etiam Alexander Alex. (4).

Erunt tamen quidam, qui cum Willermo Altissiodorensi severiorum sententiam tenebant, arbitrande quod quilibet debet scire "de quilibet mortali quod est mortale" (5).

(1) Specul. animae, cap. 3.

(2) Centileg. p. 3.

(3) II, dist. 12, a. 10.

(4) Cfr. Sum. II, q. 112, m. 8; q. 153, m. 83.

(5) Willerm. Altiss. Sum. Aurea in IV lib. II, tr. 29, c. 1, q. 3.

Problema igitur in processu historico movebatur intra limites generales et non bene definitas; coordinatio, peculiari modo, doctrinalis inter conceptum praecisum definitumque legis naturalis et rationem ejusdem cognoscibilitatis intrinsecam operata manc<sup>a</sup> erat. Indubium est quidem illa elementa positiva potenter influxum in mentis S.Thomae formationem exercuisse; sed methodus thomistica, cum analysi maxime completa et accuratissima, problema legis naturalis in tota sua extensione, a conceptu et natura usque ad consequentias vel cognitionis vel ignorantiae, in lucem eduxit. Omnia problemata vel questiones, quae surgere possunt in materia legis naturalis, constituerunt corpus organicum considerationis philosophico-theologicae: solutiones vero ita fuerunt inter se collectae et connexae, ut qualibet earundem fundari debet in toto systemate. Primum <sup>meritum</sup> S.Thomae fuit quod conceptum exactum ambitumque legis naturalis peremptorie definivit. Problema cognoscibilitatis legis naturalis ejusdemve ignorantiae non fuit nisi extensa necessaria methodi thomisticae et consequentia extensionis ambitus legis naturalis. Quapropter sub omni aspectu, S.Thomas synthesis operatus est eorum, qui presierunt, et indixit principium futurae evolutionis. Secundum vero quod principalius est, et per hoc S.Thomas longe primus superavit, est, quod rationes intrinsecas et metaphysicas non solum legis ipsius naturalis sed quoque ipsius cognitionis seu ignorantiae aut erroris dederit. Processus thomisticus sub hoc aspectu non assuppsit motivum particulare; fuit potius fructus evolutionis methodicae; evolutio moderna semper in ejus ambitu contingit, justum est ergo eum aequi ad S.Thomam tanquam ad auctoritatem judicem appellasse. Disputatio vero moderna, saltem uti nobis videtur, move-

tur ratione perfecte diversa, tendens ad consequentias deducendas. Sed, theologi appellant ad S. Thomam inducentes ejus doctrinam ad solvendam vel confirmandam quaestionem, quae surrexit ex motivo naturae diversae, praetereunte rationes fundamentales quae fuerunt a Thoma præsuppositæ, Re funditus considerata, evolutione moderna videtur quaestio positionem mutasse. Siquidem mens S. Thomae formata ex traditione, certe et categorice affirmavit nullam responsabilitatem moralem dari ex ignorantia vel errore invincibili, minimo dubio de ipso præsupposita ignorantia vel errore invincibili. Speculatio vero et critica moderna, firmis quidem omnibus consequentiis, uterius procedendo, problema posuit circa ipsum præsuppositum, definitque quaestionem radicaliorem in forma magis præsumta: utrum dari potest ignorantia vero invincibilis? i.e. queaque cognosci et ignorari potest lex naturalis? Cum vero criticæ modernæ theologorum longe aliud intendant, ad uctis rationibus ex ipso S. Thoma, quæ plus minusve prebare possunt dictam ignorantiam dari, parum aut nihil prorsus consideraverunt rationes intrinsecas hujus ignorantiae vel erroris invincibilis. Juxta nos autem, quia quaestio tangit fundamentum possibilitatis responsabilitatis moralis, magis necessarium esse videtur ut profundius inquirantur rationes intrinsecæ et fundamentales unde primum quidem eruere possimus criterium quo/ certo in judicio, quoniam lex est propositio, percipiamus ubinam resideat erroris vel ignorantiae invincibilis possibilitas; deinde quidem linen utra quod datur aut non datur ignorantia dicta. E proinde doto conspectu generali quaestio modernæ in hac introductione, longe abest ut in eandem quaestionem nos intrudamus, potius proponimus indagare rationes fundamentales, quibus juxta S. Thomam possibilitas cognitionis et ejus gradus, neconon consequenter ignorantiae vel erroris, comprobetur.

Aliis verbis, indagatio nostra potius fundamentum quaestione*s*, quam supra clare delineavimus, quam ipsam quaestionem: hoc nobis majoris momenti esse et diligent*i* studio indigere videatur. Inde lectorem praecipue admonemus/ secundum extensionem definitam et designatam a S. Doctore/ cognoscibilitatem legis / — naturalis/fundamentaliter conditionatam esse , naturaliter sepposito conceptu praecise ejusdem, deductione logica. In evolutione a generali ad particulare, juxta S. Doctorem, diversa elementa in diversis momentis ingredi possunt, et inde diversum valorem habere posseunt. Generatim, auctore*s* cum quaestio*n* tangunt, hunc aspetum/negligunt. Consideratio abstracta cujuscunque propositionis manca remaneret, si ejus elementa / non fuerint juste cognita et examinata quomodo influere possint in valorem propositionis.

His rationibus moti, in themate nostro tractabimus primo de conceptu praeciso et ambitu legis naturalis, deinde de cognoscibilitate legis naturalis in suis principiis ; et tandem de cognoscibilitate in suis conclusionibus, praemissa deductione logica vel potius formatione earundem conclusio- num.

Argumentum tandem inter conditionem incertitudines et  
anxietates absolvere ~~possimus~~ potuimus sub ductu et directio-  
ne sapienti et patienti Magistrorum, quibus hic, peculifri  
modo prof. C. Dumen, gratias quam plurimas dicimus.

CAPUT I.

CONCEPTUS LEGIS NATURALIS APUD S. THOMAM

Art. 1. Fons legis naturalis apud s.Thomam.

Evolutio logica conceptus legis naturalis ex ipsa sua natura intrinseca nos inducere debet ad revocandum totum systema theologico-philosophicum, peculiari modo, cum lex uti norma actuum humanorum, fundetur deducaturque ab ipsa conceptione fundamentali hominis et eius relationis ad causam. Id ex elementari cognitione historiae tam philosophiae quam theologiae plusquam sufficienter demonstratur ut qualibet conceptio a principiis determinativis ad ultimam thesim ethicam actus humani diversa diverse radicitus fundari in conceptu fundamentali metaphysico et theologico quodam luculententer percipiatur. Peculiari modo synthesis thomistica nihil patitur, quod integralem quinimo totalem harmoniam quoquemodo fugeat. Conceptus legis naturalis in doctrina thomistica philosophico-theologica, ut omittam juridica, id momentum praecipue assumit, ut jure meritoque totam fundationem concludat metaphysicam, fundetque totam constructionem ethico-moralē; momentum scilicet, ut modo dicam realisticō, categoriae quae exprimat unitatem(unionem) ontologie et deontologie. Id ex positione tractatus de lege naturali apud S.Thomam maxime comprobatur. Conceptus vero legis naturalis, item conceptus legis in sensu generico, non respicit potius ipsam constitutionem naturae a Deo uti causa exemplari quam illam dynamicam divinam ut cause moventis, quae terminatur in natura<sup>(1)</sup>, quae hunc dynamismum, cursus ut ita dicam, a se

---

(1) I-II.q.93 a,1,c.

prosequatur. Id porro imprimis prae mente habere debemus ut conceptus cuiuscumque legis ex fundamentalali suppositione — vel motus in genere vel actionis in specie, finam audire veniat unde regula, quam motus sequatur, nihil aliud esse possit quam ut cielum illius dynamismi causae efficientis, impressi ~~ideo~~ in rebus in motu perficiat. Conclusio evidens — nulla alia esse potest quam regula rerum in motu ratio causae sit. Argumentatio S. Thomas precise premit super nexus logicum dynamismi huius rationis in natura jam metaphysice constituta, — a necessitate et ratione existenti usque ad participationem immanentem huius rationis in structura rationali. Idea S. Thomas sequentibus summis tractibus resumi potest: principiis de rerum creatione(1) et gubernatione(2) a Deo affirmatis, — tanquam consequiam logicam atque necessariam admittamus oportet in divina mente existere vel potius, ut humanitus loquar, praewistere rationem quandam ordinis, secundum quam cuncta , gubernationi divinae subjecta, tam necessaria, quam contingentia et humana(3) in motibus suis ad finem ultimum ac communem (4), propter quem ipsa in esse producata sunt(5) —

- 
- 1) I,q.44 aa.1 et 2,c.; q.45,aa 2 et 5 ;q.46 aa 1 et 2 c.; II Sent. dist. 1.q. I a.5; ibid. dist 2;q. 1.a.3;Cont Gent. lib. II,c.34 et 37;De Pot. q.III a 17;Quodlib.III q.14 a.2 c et ad 2um.
  - 2) I.q.22 aa 2et3 c; ibid. q;103a.5 c; I-II q.91 a 1. c; I Sent.dist. 39 q 2 a .1; Cont Gent. lib.III cc.64,94 et 131 De Verit. q V,aa. 2 et 4 ;Opusc. II cc.124,131 et 133.
  - 3) I-II q.93 a . 4,5, et 6
  - 4) Notandum est quod sistmatus duntaxat in fine ultimo naturali non vero supernaturali, cum nonnisi de lege naturali nobis agendum sit.
  - 5) I.q.44 c;ibid q.45 a.2 c; ibid. q.65c; a I-II a.79,a.2,c.

quique aliud esse non potest nisi ipse Deus, summum bonum  
 summumque appetibile(1), divina manu diriguntur et moventur  
 (2). Nam si de creaturis rationalibus verum est hoc principium  
 quod omne agens intelligens agit secundum suam rationem,  
 nimirum secundum sua similes praeconceptas, quanto magis id  
 debet esse verum, quando agitur de Deo qui est summe intelligens,  
 immo essentialiter ipsum intelligere(3). Quapropter, quemad-  
 modum in creatione ponenda est in divina mente ratio quaedam  
 artis, quae se habet ut causa exemplaris, juxta quam cuncta  
 creata sunt, ita, pari modo, et in gubernatione admittere  
 debemus rationem quandam ordinis, per quam cuncta, quae creata  
 sunt ad debitum finem ordinatur ac diriguntur in motibus suis (4).  
 Praecise haec "ratio ordinis ad debitum finem in motu"  
 obtinet rationem fundamentalem legis in sensu abstracto et  
 generico apud s.Thomam: "Sicut enim in quolibet artifice  
 praeeexistit ratio ordinis eorum, quae agenda sunt per eos  
 qui gubernationi subduntur. Et sicut ratio rerum fiendarum  
 per artem vocatur ars, vel exemplar rerum artificiarum,

1) I.q.103 a.2 o; I-II a.1, a.8,o;ibid.q.3 a.8 ad 2m.

2) I.q.22 a.1,o;I-II a.91,a.2c;ibid.a.93,a.1,c.

3) I.o.14,a.4,o;ibid.oa.8,9,c;ibid?q.16,a.5,c.;ibid.q.18 a.3,c  
 et ad 2m;ibid.a.4,c.et q.19,a.1c. et a.4,c.et ad 2m et  
 q. 26,a.2 c.et q.27,a.2 ad 3m et q.34,a.2 ad 1m et q.41,  
 a.3,as 4m et q.54,a.2c.et q.79,a.1c.et q.87,a.3,c. III q.9  
 a.1 ad 1m.;cfrr.I q.15 a.1.c; ibid.q.44.a.3.c.De Verit.q.  
 3.a.1; I Sent.dist.36 q.2.a.2.

4) I-II q.93 a.conc. et in porp.;De Verit.q.V,art.a ad 1m.

ita etiam ratio gubernatrix gubernantis actus subditorum rationem legis obtinet, servatis aliis quae supra(quaest.XC) esse diximus de legis ratione, Deus autem per suam sapientiam conditor est universarum rerum ad quas comparatur sicut artifex ad artificiata, ut habitum est(part,I qu.XIV art.8).Est etiam gubernator omnium actuum et motionum, quae iveniuntur in singulis creaturis,ut etiam habitum est(part .I quaest.CIII,art.5).(1). Seu pressius ,principium inconcessum S- legis sensu abstracto et generico innititur ipse eademque ratione constitente, vel creante, si velis, considerata sub aspectu moventis:nam idea seu ars, seu creatio et directio motus in finem seu gubernatio, a parte causae sunt perfecte parallelae: "Sicut ratio divinae sapientiae,in quantum per eam cuncta sunt creata, rationem habet artis, vel exemplaris, vel idem;ita ratio divinae sapientiae moventis omnia ad debitum finem obtinet rationem legis"(2). "

Ratio vero haec ordinis in ipso processu logico assumit duplarem spectum prouti est in causa et in effectu, in determinante et determinato. Revera quidem ratio ordinis in ipso causante et determinante concipitur ad medium ipsius causantis, et ordinatis ut regulam regulans sicut esse causans ita et ratio ordinis in causa sit principium participantum ordinis ordinati et determinati(analogia). Ratio

---

1) I-II q.93 a.l.c.

2) Ibid.

igitur haec cum ex una parte fundatur in ipsa natura Rationis creantis (causantis) ex altera vero respiciat ordinem essentialem causati, secum fert universalitatem et necessitatem absolutam ut, cum "ratio divina nihil concipiat ex tempore, sed habeat conceptum aeternum....."(1). S Thomas eam merito rationem aeternam vel potius legem aeternam denominat(2).

Perro, in hac divina ratione si consideratur a parte participantium, seu creacturarum, distinguere possumus et debemus, utique ratione duntaxat, inter partem quae respicit creaturas irrationales et partem quae illas rationales quales respicit. Ratio est quia Deus praeterquam agens, summe intelligens, est etiam sapientissimus in quantum non solum creaturas ad finem praedeterminatum dirigit atque gubernat, — sed et ita dirigit atque gubernat ut uniuscuiusque earum — natura et conditio accommodarentur, sicuti in Sapientia dicitur: "attinet ergo a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter"(3). Cum autem creatura rationalis, natura sua, toto celo differat a creaturis irrationalibus, in quantum non quemadmodum haec, movetur modo quedam fatali ad finem, sed, ex eo quod intellectus et voluntate sit praedita capax est cognoscendi "rationem finis et proportionem operis ad finem"(4) ne non operationes liberas penendi, sic seipsam movet ad finem(5). Oportet ergo quod ratio illa gubernationis

1) I-II q. 91, a.1.c.

2) Ibid.

3) Sap. VIII, 1

4) IV, Sent. dist. 33 q. 1. a. c.

5) I-II q. 91, a. 2, c. cfr Cont. Gent. lib. III c. 113

i.e. lex aeterna diversimode se habeat ad creaturas rationales ac relate ad illas quae irrationales sunt (1). Aliis verbis: ratione distinguendam esse legem aeternam sub hoc aspectu in duplicem partem: quarum una respicit creature rationales liberas quae directe format conceptus legis naturalis, altera vero creature irrationales, quae resumit conceptum legis naturae, uti auctores moderni dicunt,

1) Cont. Gent. lib. III cap. lll, ibi dicitur: "Divina Providentia ad omnia se extendit sed oportet speciali ratione relate ad creature rationales: istae praezellunt: primo in perfectione naturae quia sola creatura rationalis habet dominium sui actus libere se agens ad operandum; coetera vero magis aguntur quam agunt: secundo in dignitate finis: quia sola creatura intellectualis ad ipsum ultimum finem suum operatione pertingit, sicut cognoscendo et amando Deum. Aliae vero nisi per aliqualem similitudinis ipsius participationem. Omnis autem ratio operis variatur secundum diversitatem finis et eorum quae operatio subjiciuntur sicut ratio operandi per artem diversa est secundum diversitatem finis et materiae... Sic igitur et alia ordinis ratio secundum quam creature rationales providentiae divinae subduntur, et alia secundum quam ordinantur caeterae creature". Quae dicta sunt de Providentia valent etiam pro lege aeterna. Nam Providentia legem aeternam consequitur et ad eam comparatur sicut conclusio particularis ad principium universale et exsequitur id quod ea dictat. (cfr. De Verit. q. 5, a. 1. ad 6m; Billuert diss. II, n. 1.)

et communiter acceptae sunt. Distinctio vero potius denotationis quam rei S.Thomae ignota est, qui legem naturae cum lege naturali promiscue identificavit (1). Distinctio autem theistica repetit rationem a modo participationis secundum notissimum principium metaphysicum actionis et motus : "quidquid recipitur ad modum recipientis recipitur". Lex naturalis hodeirnae denotationis a s.Thoma concipitur uti "in quantum participatur lex aeterna per modum cognitionis" (2), ex eo quod natura humana ,quam consequitur receptio, id proprium habet ut rationem habeat. Lex autem naturae hodiernae denotationis a S.Thoma habetur uti "per modum actionis et passionis, in quantum participatur (lex aeterna) per modum interioris principii motivi"(3), Quidquid de principio interiore motive ab discussione nostra sponte excludimus, ratio fundamentalis differentiae et diversificationis huius utriusque theisticae repetit inducie ab ipsa structura metaphysica naturae humanae rationalis, cum natura quaelibet sit principium quo aliquid operatur, et operatur secundum suam propriam formam. Ex hoc praecepue — e percipitur cur S.Thomas peculiari modo incaecavit in "per modum cognitionis", unde deducantur diversissime — ; consequentiae tetius fundationis theoreticae deontologicae, — f de quibus fusius dicemus.

1) cfr I-II q.94 aa.4,5,6

2) I-II q. 93,a.6;c.

3) Ibid. e.

modo dictum est quod in divina mente est quaedam ratio ordinis et quod haec ratio habet rationem legis aeternae. Hanc rationem vel legem, dicit S.Thomas , in momento creationis Deus sua manu cunctis rebus creatis imprimit vel applicat, quo quaelibet creatura secundum propriam mensuram propriamque conditionem de illa ratione ordinis vel lege divina aeterna participat (1). Creatura irrationalis participat "per modum actionis et passionis"(2), seu "per modum interioris principii motivi"(3), quo ipse habet inclinationes vel instinctus naturales ad operandum convenienter proprio fini(4). Creatura vero rationalis i.e. homo cum praeter quod est "commune omnibus creaturis habet aliquid sibi proprium" (5) i.e. intellectum et voluntatem, praeterquam igitur per modum actionis et passionis participat etiam "per modum cognitionis"(6), inquantum non solum ei "inest naturalis

1) I-II q.93,a.3,et 4,c.

2) Ibid.a.4,c.

3) Ibid.

4) Ibid.cfr Vallaro:Della legge naturale,Rav.Neosco.1939,p. 491-492

5) I-II q.93 a.6,c.

6) Ibid.

inclinatio ad quod est consonum legi aeternae"(1), sed etiam "notionem legis aeternae aliquo modo habet"(2). Participatio in creatura rationali diversae speciei est, — secundum quod diversus est modus, quo lex aeterna ei imprimitur(3), vel diversus ordo, quem haec lex respicit(4). Inter ceteras, illa participatio naturalis, "qua homo naturaliter cognoscit legem aeternam et dirigitur ad agendum convenienter fini, quem natura in opere illo intendit in actionibus propriis"(5), "lex naturalis" appellatur(5). Argumentum profundi aggregiendo conceptum legis naturalis sub duobus aspectu logico comprehensionis scilicet et extensionis consideremus.

1) I-II q.93,a.6,c.

2) Ibid.

3) Secundum hoc participatio legis aeternae potest esse naturalis(lex naturalis) vel positiva(lex positiva)

4) Secundum hoc potest dividiri in participationem naturalem (legem naturalem, in sensu quod ordinem naturalem respicit) et participationem supernaturalem(legem supernaturalem).

5) Aerthys-Damen: Theologia moralis, ed.13 Tourinorum Augustae, 1939 tom.1.n.132

6) I-II q. 91. a.2,c: "Unde cum omnia quae divinae providentiae subduntur, a lege aeterna regulentur et mensurentur, ut ex dicitis patet (art.praec), manifestum est quod omnia participant al iqualiter legem aeternam, inquantum scilicet ex impressione eius habent inclinationes in proprios actus et fines. Inter caetera autem rationalis creatura excellentiori quodam modo divinae providentiae subjacet, inquantum et ipsa fit procidentiae particeps, sibi ipsi et aliis providens. — Unde et in ipsa participatur ratio aeterna, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum et finem; et talis — participatio legis aeternae in rationali creatura lex naturalis dicitur".

art.2-Elementa essentialia legis naturalis apud S.Thomam.

Quid sit lex naturalis? Quaestio difficilis et ardua in saeculorum decursu, auctores divisit in diversissimas opiniones ut P.Lehu septem enumerasse potuerit inter Thomistas celebriores tantum(1). Quidquid sit de auctorum opinionibus, nostra non multum interest; id quod ad nos pertinet est ipsa genuina ac vera mens s.Thomae relate ad hanc quaestionem. Tractando ex professo de lege naturali, S.Thomas dicit legem naturalem audire participationem legis aeternae in creatura rationali(2); sed in quoniam proprie consistit hoc quod participatur a creature rationali? Aliis verbis quaedam est essentia legis naturalis?

Textibus attente inspectis tres invenimus explicaciones inter se diversas, quarum prima ponit essentiam legis naturalis in inclinationibus naturalibus seu partibus quibus constituitur natura humana(3).2a; in lumine rationis seu in potentia vel facultate intellectiva.3a Denique in propositione rationis practicæ seu in preecepto. Quod recera S.D. dictas explicaciones tradit, ex textibus qui nobis exhibentur, appareat.

1) cfr P.Lehu, Philosophia moralis et socialis, p.239

2) cfr I-II q.91.a.2,c.

3) Sot. Dom. De justitia et jure lib.1.q.4a.2.

la; Explicatio: lex naturalis est inclinatio naturalis hominis. Freuenter a S.Thoma sive in Summa Theologica, sive etiam in aliis operibus haec prima explicatio exponitur: In I-II q.91,a.2,c.ubi S.D. post quam paucis verbis, existentia legis naturalis intuto collocaverit, haec verba de essentia eiusdem legis habet: "Unde et in ipsa (creatura rationali) participatur ratio aeterna, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum et finem; et talis participatio legis aeternae in rationali creatura lex naturalis dicitur..." i.e. Lex naturalis in creatura naturali est participatio legis aeternae; quae participatio in hoc consistit quod homo habet naturalem inclinationem ad proprium actum et finem. In eodem articulo objiciens quod non est aliqua lex homini naturalis, quia ordinatio actuum humanorum ad finem, quae fit per legem, non est per naturam i.e. per naturalem inclinationem sicut accidit in creaturis irrationalibus, sed per rationem et voluntatem, S.D. respondit quod ordinacionem actuum humanorum ad finem tandem aliquando etiam oportet fieri per naturalem inclinationem: en eius verba: "omnis operatio rationis et voluntatis derivatur in nobis ab eo quod est secundum naturam,... Nam omnis ratiocinatio derivatur et omnis appetitus eorum quae sunt ad finem, derivatur a naturae appetitu a principiis naturaliter notis; et sic etiam oportet quod prima directio actuum nostrorum ad finem fiat per legem naturalem" — (1).

Eadem idea recurrit iterum atque iterum in aliis locis (2).

1) I-II q.91,a.2,ad 2m cfr obj.2a

2) cfr I-II q.94 aa 2,3;q.93, 5.;IV Sent.dist.33 q.1;a.2.c; III Sent. dist.37 q.1. ad 2m;IV Ethic.lect.12

2a Explicatio: lex naturalis est lumen rationis.

Quemadmodum pro prima ita etiam pro hac secunda explicatione multi habentur textus. Nobis pauces citare sufficit: "Unde cum Psalmista dixisset:...Multi dicunt; quis ostendit nobis — bona? cui quaestioni respondens, dicit signatum est super nos lumen vultus tui, Domine, quasi lumen rationis naturalis, quo discernimus quid sit bonum et quid malum quod pertinet ad legem naturalem, nihil aliud sit quam impressio divini huminis in nobis. Unde patet quod lex naturalis nihil aliud est quam participatio legis aeternae in rationali creatura"  
 (1). "Lex interior est ipsum lumen rationis, quo agenda discernimus : et quidquid in humanibus actibus huic lumini est consonum, totum est rectum, quod autem contra hoc lumen est, homini innaturale et malum"(2).

3a Explicatio-Lex naturalis est propositio rationis prakticae seu eius praceptum.

Jam inde ab exordio tractatus de lege in genere S. Thomas nos docet quod quaelibet lex certe modo debet esse praecptum vel propositio rationis practicae: "Ideo est invenire aliquid in ratione practica quod ita se habet ad operationes sicut habet propositio in ratione speculativa ad conclusiones, et huiusmodi propositiones universales rationis practicae ordinatae ad actiones habent ratione legis: quae quidem propositiones aliquando actualiter considerantur, aliquando vero habitualiter ratione tenentur"(3).

1) I-II q.91.a.2,6. Similibus interpretationibus eiusdem Psalmi etiam in pluribus aliis locis nanciscimur v.g. in I-IIq.19;a.4 e.De Verit.q.16 e. Qu.Ps.IV,6

2) II Sent.fist.42 q.1.a.4 ad 3m;cfr I-II q.109,a.1ad 2m  
 'bid.q.19 a.4.ad 2m etc.

3) I-II q.90,a.1 ad 2m

Ab hac regula generali legem naturalem S.D. non eximit. Reversa in eius tractatu ex professe de lege naturali sequentes textus invenimus: "Dictum est supra(q.90 a.1.ad 2m) quod lex naturalis est aliquid per rationem constitutum, sicut etiam — propositio est quoddam opus rationis..."(1). "Quod animalia — etiam irrationalia participant rationem aeternam suo modo sicut et rationalis creatura. Sed quid rationalis creature participat eam intellectualiter et rationabiliter, ideo participatio legis aeternae nat. in creatura rationali proprie lex vocatur: nam lex est aliquid rationis, ut supra + "dictum est; in creatura autem irrationali non participat rationabiliter, unde non potest dici lex nisi per similitudinem"(2). "Inter caetera autem rationalis creatura excellentiori quodam modo divinæ Providentiae subjacet, in quantum et ipsa fit providentiae particeps sibi ipsi et aliis providens"(3), quod non fit nisi per usum rationis. Extra tractatum legis — naturalis S.D. pluries ad eandem ideam reddit (4).

Tot tantisque textibus urgentibus, triplicem existere explicationem essentiae legis naturalis apud S.Thomam satis — i compertum ac certum esse videtur. Mirum sane <sup>est.</sup> prima saltem — se fronte, quod circa eandem prorsus rem tot et quidem tam — , diversæ inter se explications haberi possunt apud eundem auctorem. Assertionibus , quibus S.Thomas plures dicitur

1) I-II q.94 a.1.c.

2) I-II q.91,a.2,ad 3m

3) I-II q.91,a.2. c. cfr. I-II q.94 a.2 ad 2m et ad 3m

4) I-II q.93 a.2 ad 1m; ibid.a.5.c.; Supplm.q.65 a.1.; IV Sent. dist.33 q.1.

admittere in homine naturales leges aut diversa in diversis momentis tenuisse sententias, rejectis, propter evidentem incompatibilitatem cum eius doctrina de unicitate legis naturalis in homine, ratione unicitatis naturae (1), neconon et cum illis eius textibus, in quibus duae immo, nec semel duntaxat, tres explicationes simul inveniuntur, inquirere nobis licet: in quodam ex tribus supradictis proprie censitit essentia legis naturalis? an consistit in inclinationibus naturalibus, vel, e contra, in lumine rationis vel propositione rationis practicae? Commentatores S. Thomae alii aliter sentiunt(2). Quidquid sit de eorum divergentia, certum est tamen quod mens s. Thomae circa essentiam legis naturalis nequit esse nisi una, quam scire volumus. Nobis videtur mentis S. Thomae non esse essentiam legis naturalis in inclinationibus naturalibus exclusive, nec in lumine rationis practicae vel propositione eiusdem, ponere, sed in tribus elementis collective sumptis tanquam in tribus elementis constitutivis. Hoc eruitur ex eo quod saepe saepius in eodem loco simul duo vel etiam tria ex dictis elementis, tanquam essentia legis naturalis constituentia invenimus: sic v.g. in tractatu de lege aeterna haec legimus: "duplex est modus quo aliquid subditur legi aeternae... uno modo in quantum participatur lex aeterna per modum cognitionis; alio modo per modum actionis et passionis, in quantum participatur per modum interioris principii motivi .... Sed quia creatura rationalis cum eo quod est commune omnibus creaturis habet aliquid

2) efr. Billuart, Cursus theol. tract. de legibus diss II, a. 2.

1) III, q. 94. a. 2. ad 2m

proprium, inquantum est rationalis ideoque secundum utrumque modum legi aeternae subditur...."(1). In hoc textu habemus duo elementa nimirum:naturales inclinationes:"per modum actionis et passionis" Et propositionem rationis practicae: "per modum cognitianis" (2). Item in I-II q.91, a.2,c.: "Unde cum omnia quae divinas providentiae subduntur, a lege aeterna regulentur et mensurentur....Manifestum est quod omnia participant aliqualiter legem aeternam ,inquantum scil. et impressione eius habet inclinationes in proprios actus et fines. Inter caetera autem rationis creatura quodam modo divinae providentiae subjacet, inquantum et ipse fit providentiae particeps, sibi ipsi et aliis providens. Unde et in ipsa participatur ratio aeterna, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum et finem; et talis — participatio legis aeternae in rationali creatura lex naturalis dicitur.Unde cum Psalmista dixisset:sacrificate sacrificium justitiae, quasi quibusdam querentibus quae sunt justitiae opera, subjungit:Multi dicunt:Quis ostendit nobis bona? Cui quaestioni respondens, dicit:Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine; quasi lumen rationis human naturalis, quo discernimus quid sit bonum et quid malum, quod pertinet ad legem naturalem, nihil aliud sit quam impressio divini luminis in nobis. Unde patet quod lex naturalis nihil siud est quam participatio legis aeternae in rationali creatura". Hic habemus sihuk tria i.e. inclinationes tiones natruales lumen rationis practicae, propostipm eiusdem. Id magnopere comprobatur ex modo lequendi

1) I-II q. 93 a.6

2) Ibid.a.5 c: S.D.dixit quod si tota natura(inclusa etiam rationali)subditur legi aeternae per inclinationes naturales, natura rationalis per intellectum divini praecetti seu per propositionem rationis practicae propter conditionem singularem.

S.Thomae in art.1<sup>o</sup> q. 94,I-IIae ubi ex professo agitur de essentia legis naturalis neconon etiam ex definitione quam ipse indit huic legi.

1) Ex modo loquendi S.Thomae in art.1<sup>o</sup> q.94 I-IIae.

Hoc in art.S.Thomas ex una parte irrevocabiliter dicit legem naturalem essentiiliter consistere in propositione rationis practiceae, dicendo: "quod lex naturalis est aliquid per rationem constitutum sicut etiam propostio est quaedam opus rationis"(1); ex alio vero parte eam inesse asserti etiam in parvulis, quibus non competunt nisi inclinationes naturales et lumen rationis practiceae.Talis modus loquendi explicare non possumus nisi affirmamus essentiam legis naturalis moralis p[re] mentibus S.Th.non ex uno sed ex pluribus elementis constitui.

2) Ex definitione legis naturalis.Lex naturalis juxta definitionem S.Th. est "participatio legis aeternae in rationali creatura"(2),cui participationi secundum S.Thomam competit triplex significatio triplici elemento supra jam tradito correspondens:  
a) inclinationibus naturalibus:  
"unde et in ipsa(rationali creatura) participatur ratio aeterna per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum et finem; et talis participatio legis aeternae in rationali creatura lex naturalis dicitur"(3).  
b) lumini rationis practiceae: "...quasi lumen rationis naturalis, quo discernimus quid sit bonum et quid malum quod pertinet ad naturalem legem, nihil aliud sit quam

---

1) in initio corp. hujus art.

2) I-II q. 91 a.1;c.

3) I-II q. 91 a.2;c.

impressio divini luminis in nobis. Unde patet quod lex naturalis nihil aliud est quam participatio legis aeternae in rationali creatura"<sup>(1)</sup>; —

c) propositioni eiusdem: "...sed quia rationalis creatura participat eam (rationem aeternam) intellectualiter et rationabiliter, ideo participatio legis aeternae in creatura rationali proprie lex vocatur; nam lex est aliquid rationis..." —

(2). At, si verum est quod lex naturalis juxta S. Thomam constat ex tribus elementis, verum quoque est quod non possumus haec tria simpliciter in unum sumere. Necesse est quod singula elementa habeant suum munus exercendum suumque ordinem servandum. Quod sit istud munus isteque ordo? S. Thomas — nobis respondet in duobus brevibus textibus; "In his autem quae est ad finem rectitudo rationis consistit in conformitate ad appetitum finis debiti, sed tamen et ipse appetitus debiti praesupponit rectam apprehensionem de fine, quae est per rationem"<sup>(3)</sup>. "Bonum sub ratione boni seu appetibilis per prius pertinet ad rationem sub ratione veri...quia appetitus non potest esse de bono nisi per prius a ratione apprehendatur"

(4) Hoc est: in primo loco, ponendum est lumen rationis naturalis practicae cuius munus est finem naturalem cognoscere, dein

1) I-II q.91,a. 2 cfr. De Verit. q.16

2) I-II q.91,a.2 ad 3m; haec doctrina exponitur a S. Thoma quoque in pluribus locis prater eos quos supra citavimus v.g. I-II q.94,a.3 ibid.1.19,a.4 c; ibid.ad 3m; I a.q. 4 a.1; ad 2m; Cont Gent.lib.III corp.78 .

3) I-II q.62.a.3,c.

4) ibid. a.3 ad 1m.

inclinaciones naturales ex parte voluntatis, quibus~~s~~ finis — , lumine rationis apprehensus~~s~~ naturaliter desideratur; demum propositio rationis practicae immediate exsurgens ex duabus praecedentibus actibus, qua media ad finem consequendum, adhie~~d~~<sup>h</sup> esse praecepitur. Etenim naturalis inclinatio lu— menque rationis plene ac proprie lex dici non posset, nisi — , quod eis adjungatur propositio rationis practicae; lex enim qua talis, dicit S.Thomas, est aliquid constitutum per rationem practicam vel opus eiusdem(1); quod formaliter non convenit nisi propositioni rationis practicae (2). Nihilominus, ~~deinde~~ inclinationes naturales lumenque rationis manent semper elementa, quae constituunt essentiam legis naturalis: ex una parte, quia non omnis propositio rationis practicae dici potest lex naturalis, sed ea sola quae ex inclinationibus naturalibus et lumine rationis procedit atque per eas constituitur; ex altera parte, inclinationes naturales lumenque rationis non sunt minus "participatio naturalis legis aeternae" quam propositio ipsa.

art. 3- ambitus legis naturalis apud S.Thomam.

Lex naturalis, ut modo probavimus, secundum S.Thomam, tria in se continet elementa, scil, inclinaciones naturales, lumen rationis et propositionem rationis practicae, seu praeceptum — <sup>ni</sup> eiusdem. Inter haec tria, duo prima stricte naturalis sunt inquantum non solum naturae humanae sunt debita sed etiam

1) cfr I-II q.90 a.1.ad 2m;q.91,a.2ad 3m;~~quodammodo~~.

2) Ibid.q.94 a.1.c.

ei divina manu sunt immediate immissa, proinde indiscretibile est quod ambitum legis naturalis simplicit-er ingrediuntur; — sed eodem modo tamen dici neguit de propositione rationis practicae, cum non omnis haec est nobis naturaliter immissa, sed major pars resonist ope rationis acquiratur. Quaestio — exinde oritur: quae propositio seu praeceptum rationis practicae pertinet ad legem naturalem, quae vero non? aliis verbis: quam late patet legis naturalis ambitus?

Si comparationem instituamus inter varios textus S.Thomae, — v in quibus ipse sive directe sive indirecte loquitur de ambitu seu contentu legis naturalis, haud difficulter reperiremopoterimus, quod resonem S.Thomae ad questionem propositio*nem* non est semper idem. — am

Audiamus imprimis sequentes textus in commentariis eius super libras Sent.: "Lex naturalis nominat universalissima principia juris"(1). "Ideo lex naturalis conceptio ei (homini) indita, quo dirigatur ad operandum convenienter lex naturalis vel jus naturale dicitur"(2); "Lex naturalis nihil est aliud quam conceptio homini naturaliter indita quod dirigitur ad convenienter agendum"(3); similiter etiam in Summa theologiae: "omnis rationinatio dirivatur a principiis naturaliter notis...et sic etiam oportet quod prima directio fit per legem naturalem"(4); item in tractatu de lege aeterna: — "ex parte rationis practicae naturaliter homo participat

1) II Sent.dist.24,q.2,a.4.

2) IV Sent.dist.33,q.11.a.1.e.

3) ibid.paulo inferius

4) I-II q.91,a.2,ad 2m

legem aeternam secundum quaedam communia principia non autem secundum particularēs directiones..."(1); dein etiam in tractatu legis humanae:" Et ~~praecpta~~<sup>terea</sup> lex~~is~~ naturalis continet quaedam praecepta universalia, quae semper manent; lex vero posita ab homine continet praecepta quaedam particularis secundum diversos casus, qui emergunt"(2).

Ex his textibus sufficienter videri potest quod S.Thomas intra legis naturalis ambitum non includere nisi illas propositiones vel praecepta rationis practicae, quae universales sunt, quaeque omnibus nobis naturaliter innotescunt (3). Et hoc quidem convenit cum eius dictis in tractatu de lege in genere, juxta quae lex nominat praeceptum commune (4), vel vice-versa: "propositiones universales rationis practicae ordinatae ad actiones habent rationem legis"(5).

1) I-II q.91,a.3 ad 1m

2) I-II q.97 a.1.ad 1m

3) Huiusmodi propositiones vel juxta S.D. sunt plura praecepta quorum primum est illud supremum ac universalissimum principium, quod super notione boni et mali fundatur, quodque est fundamentum omnium propositionum vel aliorum praeceptorum rationis practicae: bonum est faciendum et prosequendum, et malum vitandum. Dein accedunt alias, quae sunt etiam principia universalia, non tamen ita universalia sicut illud primum i.e. absolute, sed universalia in certo ordine actionum humanarum; et haec ultima triplicia sunt secundum quod triplex est ordo inclinationum naturalium in homine:  
 a) secundum quod homo habet inclinationem naturalem sui esse conservandum in qua ipse communicat cum omnibus substantiis, vel praeceptum de vita conservanda.  
 b) secundum quod habet inclinationem naturalem sui multiplicationis, in quo ipse communicat cum caeteris animalibus est praeceptum de specie propaganda eo modo quo natura omnibus animalibus docuit".  
 c) secundum quod, denique habet inclinationem naturalem veritatem de Deo cognoscendā sociāterque vivendā, in quantum ipse est ens aliquod rationale adeoque sociale, est praeceptum de Deo cognoscendo et amando proximoque non offendendo.  
 cfr I-II q.94,a.2.

4) cfr I-II q.90 a.2 cēt ad 2m

Sed si tractatum legis naturalis in Summa theol. I-II q.94  
 inspiciamus, quid valde diversum inveniemus. Hoc in tractatu,  
 pro S.Thoma, legis naturalis ambitum non ingrediuntur  
 tantummodo propositiones vel praecepta rationis practicae  
universales, sed et illae particulares, quae ex universalibus  
 tanquam conclusiones immediate deducuntur, i.e. praecepta  
 secundaria. Quod evidenter pateret ex art.6,q.<sup>h</sup> ubi haec legimus:—  
 "utrum lex naturae possit a corde hominis aboleri? Respondeo  
 dicendum quod ad... legem naturalem pertinet; primo quaedam  
 praecepta communissima quae sunt om-nibus nota; secundario  
 autem quaedam secundaria praecepta magis propria, quae sunt  
quasi conclusiones propinquae principiis"(1). Similia verba  
 etiam in aliis locis eiusdem tractatus(2).

Quae ambitus adhuc magis pretenditur in tractatu de  
 praeceptis moralibus veteris legis(I-II q.100). Reversa his  
 S.Thomas praecepta moralia legis veteris triplicem categoriam  
 distinguit: 1° "quaedam prima et communia, quorum non oportet  
 aliquam editionem esse, nisi quod sunt scripta in ratione  
 naturali, quasi per se nota, sicut quod homo nulli debet  
 male facere et alia huiusmodi"(3). 2° "Quaedam minus communia  
 quae statim ex principiis communibus primis cognosci possunt  
 modica consideratione"(4), etiam a rudibus(5) quaeque "ad decalo  
gum pertinuant"(6). 3° quaedam denique particularia quae mediate

1) in corpore

2) a.4.c.: "Sic igitur dicendum quod lex naturae, quantum ad  
 quaedam principia communia est eadem apud omnes ut in pluribus  
 ... Sed quantum ad quaedam propria quae sunt quasi conclusiones  
 principiorum communium." in a.5: "quantum ad prima principia  
 legis naturalis, lex naturae est omnino immutabilis. Quantum  
 autem ad secundaria praecepta, quae diximus esse quasi  
 quaedam conclusiones propinquas primis principiis..."

3) a.3.H.q.C.; 4)a.3c.; 5) I-II q.100 al.c.

6) Ibi notandum est quod decalogus non est nisi schema incom-

(scil, mediantibus illis quae ad 2am categoriam pertinent)  
 ac saepe saepius nonnisi per diligentem inquisitionem ex  
 illis communibus ac primis deducuntur(1), et dicit quod omnia  
 haec ad legem naturalem pertinent i.e. considerari possunt  
 tamen pracepta legis naturalis (2). Quod sane nihil aliud  
significat nisi quod praeter propositiones vel pracepta —  
 universales rationis practicae earum <sup>que</sup> conclusiones immediatas, —  
 scil, praecipua secundaria, alia genera propositionum vel  
 praceptorum, nempe conclusiones mediatae vel remotae ~~intre~~ —  
 intra ambitum legis naturalis includenda sunt. —

Conceptio haec haud nova in Summa theol? jam in aliis  
 operibus praecedentibus invenitur. sic v.g. in Com-net.super —  
 libros Ethic. haec legimus: "Necesse est quod quidquid ex justo /  
naturali sequitur quasi conclusio sit justum naturale"(3).

7 completum praeceptorum secundariorum legis naturalis: multa  
 alia pracepta adhuc habentur, quod ex principiis communibus  
 statim vel immediate deducuntur v.g. ea quae pertinent ad  
 dilectionem sui ipsius (cfr q.99,a,2;ad 2m;q.100 a,11,c)  
 in decalego non inveniuntur (cfr Vellaro Della legge naturale,  
 Riv. Neoscol;1939 p.499)

1) cfr q.100 a.3 e.

2) "Sic igitur patet quod cum moralia pracepta sicut de his,  
 quae pertinent ad bonos mores, haec sunt quae rationi  
 conveniunt, omne autem rationis humanae iudicium aliqui-  
 liter a naturali ratione derivatur: necesse est quod  
 omnia pracepta moralia pertineant ad legem naturae sed  
 diversi modo...". (I-II a.100 a.1c)

3) Lib. IV, Lect. 12; cfr praeterea III Sent. dist. 37 a.4 ad  
 2am

ut

Quid ergo dicendum? Certe non possumus dicere S.Thomam in diversa phasi diversas sententias tenuisse: cum saepe saepius diversae conceptiones in eodem opere reperiantur. Nobis videtur admittendum esse in Angelici Doctoris mente triplicem dari differentem conceptionem circa ambitum legis naturalis, quarum prima est strictissima continens solum propositiones universales rationis practiceae seu paecepta communia et prima; ~~etiam~~ altera vero stricta continens etiam conclusiones ex primis immediate deductas. Scilicet, paecepta secundaria: adhuc altera autem lata, praeter prima duo etiam conclusiones remotiores in suo ambitu includens. Re quidem vera, proprio loquendo soleae propositiones universales vel paecepta communia sunt vere naturales, inquantum nobis naturaliter indita, aliae vero nonnisi rationinii ope inventiuntur. At non sequitur inde propositiones particulariores sive conclusiones ex propositionibus <sup>communibus</sup> immédiatis sive mediatis seu remotas simpliciter a lege naturali esse excludendas, quanquam enim haec non sunt nobis naturaliter indita quemadmodum illae propositiones universales nihilominus ex his derivantur suapte, propriamque visam obligandi obtinent quin inullo modo ab institutione positiva, tam divina quam humana, dependeant(1). Quapropter si "lex naturalis" sumatur in

1) cfr I-II q.95 a.2,c. :"Rationis autem prima regula est lex naturae... Sed sciendum est quod a lege naturali dupliciter potest aliquid derivari: uno modo sicut conclusiones ex principiis, alio modo <sup>sicut</sup> determinations quaedam aliquorum communium. Primus modus similis est ei quo in scientiis ex principiis conclusiones demonstrative producuntur. Secundo vero modo simile est quod in artibus formae communes determinantur ad aliquid speciale... Derivantur atque quaedam a principiis communibus legis naturae per modum conclusionum; sicut hoc quod est: non esse occidendum, ut conclusio quaedam derivari potest ab eo quod est nulli esse faciendum malum: quaedam vero per modum determinationis..."

oppositione legis rationis, scilicet, legi quae est per ratiocinationem invenitur, dicendum est quod praeterquam propositiones universales quae omnibus nobis per se innotescunt, nullae aliae in eius ambitu continentur: secus vero si eadem lex sumatur in oppositione legi positivae seu legi quae mera institutione positiva seu divina seu humana instituitur, dicendum est quod etiam aliae propositiones vel praecepta particulares ad eam pertineant (1). Quod si valet pro conclusionibus remotis, valet praesertim pro conclusionibus immediatis, hsec enim, propter suam intimam cum propositionibus universalibus connexionem, tam facile ex his deducuntur, ut naturaliter nobis cognosci certo modo dici possit (2).

1) Ad-huc sub alia ratione propositiones particulares dici possunt ad legem naturalem pertinere, inquantum haec ut dictum est, per ratiocinationem inveniuntur, quae est nobis connaturalis. Propterea dicit S. Thomas: "quod ad legem naturalem pertinet omne illud ad quod homo inclinatur secundum suam naturam. Unumquodque inclinatur autem naturaliter iter ad operationem sibi convenientem secundum suam formam. Unde cum anima rationalis sit propria forma hominis, naturalis inclinatio inest cuilibet homini ad hoc quod agat secundum rationem...." (I-II q. 94 a.3, c)

2) Hanc arbitror esse rationem cum in tractatu ex professo de lege naturali conclusiones immediatae seu praecepta secundaria simul cum propositionibus universalibus seu praeceptis communibus ac primariis, ut ipse S. Thomas vocat, inter praecepta legis naturalis classificantur. (cfr I-II, q. 94 aa.2,4,5,6).

Ita nobis apparet solummodo explicari posse cur  
S. Doctor diverso modo loquatur.

Hucusque indagavimus quidam proprie sit, juxta Angelici  
Doctoris sententiam, legis naturalis conceptus tam in suo fonte  
quam in sua essentia, quoque contento, quomodoque repeatat  
ultimum fundamentum a lege aeterna, et quomodo ex tribus  
elementis constituatur, videlicet inclinationibus naturalibus  
hominis; eiusque lumen rationis et propositionibus rationis — et  
practicæ. Praeterea vidimus quod propositiones rationis  
practicæ aliæ sunt universales, aliæ vero particulares — et  
quarum primæ proprie ad legis naturalis essentiam pertinent,  
alterae autem non nisi per reductionem.

Nunc ad quaestionem de hujus legis cognoscibilitate  
trahamus. Quia in quaestione tractanda, ante omnia notemus  
oportet, quod nihil fere habebitur quod directe ad prima  
duo elementa: scilicet inclinationes naturales et lumen rationis  
pertineant. Verum quidem est quod haec duo lexem naturalem  
constituant quemadmodum propositiones rationis practicæ;  
nihilominus non quemadmodum haec nobis sunt per modum cogni-  
tionis immissa sed directe nostræ naturæ congenita:  
quapropter quaestio de eorum cognoscibilitate ne quidem  
fieri possit. Quantum vero ad propositiones rationis practicæ  
seu præcepta legis naturalis attinet, sermo non erit solum  
de illis universalibus, quæ stricto sensu ad legis naturalis — et  
essentiam pertinent, sed etiam de illis particularibus, tam  
secundariis quam etiam remetis: cum circa has presertim  
dubium contingat, ac saecularis disputatio Theologorum  
versetur.

C A P U T . IIDE COGNOSCIBILITATE LEGIS NATURALIS MORALISIN SUIS PRINCIPIISAPUD S. THOMAM

Habito prae oculis nostris conceptu integrali quem S. Thomas habet circa legem naturalem ~~mores~~, cardinem quæstionis nostræ, utique semper secundum mentem Angelici Doctoris, indagare aggredimur. Imprimis, hoc in capite, agimus de cognoscibilitate legis naturalis moralis quantum in suis principiis, praeceptis nimirum primariis ac communibus. Ut munere nostro facilius fungamur, praesentem capitulum in duos articulos dividimus secundum quod duplex est proprietas praceptorum primiorum in habitudine ad nostrum intellectum, nempe: perspicuitas, ac indefectibilitas.

Articulus I Perspicuitas.Per se nota

Lex naturalis moralis, uti diximus, formaliter est aliquid rationis practicae; Processus vero rationis practicae est prorsus idem ac processus rationis speculativæ,

(1) in quantum nempe haec speculativa, in veritatis inquirendis, ita et illa practica, in bonis prosequendis utitur quodam syllogismo, qui generatim tribus propositionibus constat, nempe majore, minore et conclusione (2) Eandem igitur et oportet esse legem ab utroque sequendam. Itaque si in processu rationis speculativae "ne in infinitum iretur" (3) tandem aliquando ponenda vel potius supponanda, sunt a nobis quodam principia prima, a quibus totus processus sumit suam originem, quaeque sunt, veluti aliqua semina, unde proficiuntur cunctae Scientiae speculativae ac operationis (4) oportet et similia principia esse in processu rationis practicae ad mittere, unde totus ordinis practicus dependet. —

(1) I-II, q. 91, a. 3, c.

(2) Cfr. II Sent. dist. 24, a. 2, c; III, q. 90, a. 1, ad 2m.

(3) De Verit. 16, a. 1, c.

(4) De Verit. q. II, a. 1, c.: "praeexistunt in nobis quaedam scientiarum semina scil. primae conceptiones intellectus.... Ex ipsis autem principiis universalibus omnia principia sequuntur, sicut ex quibusdam rationibus seminalibus" Similia verba etiam inveniuntur in I, q. II, 7, a. 1, c.

Hoc modo intelligere debemus verba S. Thomae quae sequuntur: "Rationis autem proprium est ut ex aliquo ad aliquid inducat. Unde sicut in demonstrativis scientiis ratio inducit ut assentietur conclusioni per quaedam principia, ita etiam inducit ut assentietur legis precepto per aliquid" (1) nempe per prima principia practica, quae S. Thomas precepta primaria vel communia appellasse vidimus (2). Haec precepta, quae utpote principia totius motus rationis practicae non cadunt sub processu ejusdem (3) juxta S. Thomas sunt aliquid per se notum. Quod ex verbis sequentibus ipsius S. Doctoris liquet: "Quod prima, sic ipse in Comment. super libros Sent. quibus ratio dirigitur in agendis sunt per se nota.... Haec autem propria principia non sunt per se nota sicut principia communia" (4) similiter et in Sum. Theolo. "precepta legis naturae homomodo se habent ad rationem practicam, sicut principia prima demonstrationem se habent ad rationem speculativam; utraque enim sunt per se nota", (5) At aliunde scimus: aliquid potest esse per se

(1) I-II.q.92,a.2.cfr.Ethic. lib.II lect. 12.

— 2 —

(2) Supra p. 37, n<sup>o</sup> 3.

(3) Cfr. II Sent. dist. 24.q.1.a.2.I.

(4) II Sent. dist. 39.q.3.a.2.e.

(5) I-II.q.94,e.2.e.

notum dupliciter; vel secundum se seu secundum sui naturam  
 vel quoad nos seu communiter omnibus (1) primo modo est  
 per se nota omnis propositio sive rationis speculativae  
 sive practicae, cujus praedicatum est de ratione subjecti;  
secundum modo vero solummodo illa, cujus ratio subjecti in  
 qua includitur praedicatum sit omnibus cognita (2) Ad e-  
 quamda[m] ex hac duplice classi redigenda sunt praecepta  
 primaria legis naturalis moralis? ad secundum respondet S.

Thomas i.e. primaria praecepta legis naturalis moralis sunt  
nobis omnibus communiter nota. Textum classicum, in quo  
 hoc assertur ac demonstratur, invenimus in tractatu de le-  
 ge naturali. In I-II, q.94.a.2.c. S. Thomas postquam statu-  
 erit quid sit per se notum quoad se et per se notum quoad  
 nos, eodem modo ac modo descripsimus, ita prosequitur: "In  
 his autem quae in apprehensione hominum cadunt, quidam or-  
 do invenitus. Nam illud quod primo cadit in apprehensione

(1) I.q.2.a.I.c.; I-II, q.94,s.2.p.; De Verit.q.10,a.12,c. — A  
 Metaphy. lib IV lect. 5.

(2) De Verit. q.10,a.12,c; "Ad hoc enim quod aliquid sit  
 per se notum nihil aliud requiriur nisi ut praedicatum  
 sit de ratione subjecti; tunc enim subjectum cogitari  
 non potest sine hoc quod praeditum sibi inesse appare-  
 at. Ad hoc autem quod sit per se notum, oportet quod  
 notis

est ens, cuius intellectus includitur in omnibus, quaecumque quis apprehendit. Et ideo primum principium indemonstrabile est, quod non est simul affirmare et negare, quod fundantur, ut dicit Philosophus. Sicut autem ens est primum quod cadit in apprehensione simpliciter, ita bonum est primum quod cadit in apprehensione rationis practicae, quae ordinatur ad opus. Omne enim agens agit propter finem, qui habet rationem boni. Et ideo primum principium in ratione practica est quod fundatur super rationem boni, quae est: bonum est quod omnia appetunt. Hoc est ergo primum preceptum legis, quod bonum est faciendum, et malum vitandum; et super hoc fundantur omnia alia precepta legis naturalis, ut scilicet omnia illa facienda vel vitanda pertinent ad precepta legis naturae quae ratio practica naturaliter apprehendit utemque et per consequens ~~ut~~ apere prosequenda, et contraria eorum ut mala et vitanda. Secundum igitur ordinem inclinationum naturalium est ordo preceptorum legis naturae....". Tota vis argumentationis fundatur in illo parallelismo qui intercedit inter ordinem speculativum

~~¶ Nota continuatur ad p. praecedentem~~

nobis sit cognita ratio subjecti in quo concluditur praedictum; et inde est quod quedam per se nota omnibus; quando scilicet propositiones habent talia subjecta quorum ratio omnibus nota est ut omne totum majus est sua parte.. Quaedam vero sunt per ~~ea nota separatis tantum~~

et ordinem practicum proinde sicuti in ordine speculativo, — dum ad usum rationis perveniamus, necessario apprehendimus quaedam principia prima: uti indentifatis, contradictionis — etc. ita et in ordine pratico, necessario apprehendimus rationes communissimas boni et mali et ex eis formamus quae-  
dam praecepta communia, sive illud supremum: Bonum est fa-  
ciendum et prosequendum, et malum vitandum, sive alia quae omnino naturaliter ex primo fluunt, inquantum inclinationi-  
bus naturalibus nostris correspondentia.

Praeterea habemus etiam seriem aliorum textuum in qui-  
bus Angelicus Doctor dictam doctrinam expliciter edocet,  
praecepta primaria legis naturalis meritis mentibus nostris —  
innotescere statim ac immediate, absque ullo discursu, ul-  
laque inverstigatione vel inquisitione rationis practicae.

Servando ordinem chronologicum incipimus a II Sententiarum: — "quod intellectus non est idem ac ratio. Ratio enim impor-  
tat quemdam discursum unius ad aliud; intellectus autem  
importat subitam apprehensionem alicujus rei, et ideo in-  
tellectus proprie est principiorum quae statim cognitioni  
se offerunt, ex quibus ratio conclusiones eliciunt, quae

per inquisitionem innescunt; unde si cut in speculativis..

... ita etiam in operativis...." (1)

Simile quid pronuntiatur in alio loco ejusdem libri; —  
 "..... oportet ergo quod in anima rationali quae angelo in  
 ordine creaturarum configuratur, sit aliqua participatio  
 intellectualis virtutis, secundum quam aliquam veritatem  
sine inquisitione apprehenduntur prima principia naturali-  
 ter cognita tam in speculativis quam in operativis" (2)

Ad hoc dios textus intelligendos sciendum est quod, in-  
 tuitu principio a S.Thoma ex Pseudo Dionysio recepti, se-  
 cundum quod Divina sapientia ita res creatas disponit ut  
 consequens in perfectione assimiletur praecedenti; itaque  
 homo naturam intellectualē angelicū certo modo participa-  
 re debet, ex eo quod in hierarchia creaturarum sit immedia-  
 te post angelos; naturae autem intellectualis angelicae  
 proprium est veritatem sine ulla inquisitione apprehendere  
oporet ergo et homo quosdam saltem veritates simpliciter  
 cognoscet, quae sunt prima principia tam speculativa quam

(1) Dist. 24,q. 3,a.3. ad 2m

(2) Dist. 39.q.3.a.I.c.; Ibid. et De Verit. q. 16.a.I.c.

**tiām practica (I)**

In Quaestionibus Disput. De Virtute in communi "intellectus agens cuius lumine intelligibilia fiunt actu, quorum quaedam statim a principio naturaliter hominis innotescunt, absque studio et incuisitione et hujusmodi sunt prima principia non solum sunt in speculativis... sed etiam in operativis ut malum est fugiendum et hujusmodi" (2)

Denique in Summ. Theol. "inest unicuique homini quoddam principium scientiae secundum lumen intellectus agentis, per quod cognoscitur statim principio naturaliter quaedam universalia principia omnium scientiarum". (3) Hic non loquitur solummodo de primis principiis speculativis sed et, immo praesertim, practicis, cum quaestio, in qua praeiens textus invenitur, tractat de his que pertinent ad actionem hominis.

Naturaliter innotescunt

Praecepta primaria legis naturalis moralis non solum nobis omnibus usu rationis fruentibus sunt per se nota, S. Thomas ulterius procedens dicit quod ipsa sunt et immo no-

(1) Dist. 39, q. 3. a. I. c. et De Verit. q. 16/a. I. c.

(2) Ibid. a. 8. c.

(3) I. q. II 7, a. I. c.

bis naturaliter innata. Quae ultima nota postulat non modo ut dicta praecepta sunt nostris mentibus immediate i.e. sine ulla inquisitione cognita sed etiam ut sint nostrae naturae congenita eique intrinseca atque necessario habita (1) Non desunt textus clari in quibus hoc traditur: in I-II, q.94,a.6 "sed contra" haec verba legimus: "quod nec Augustinus dicit: "lex tua scripta est in cordibus hominum quam nec ulla quidam delet inquietas, sed lex scripta in cordibus hominum est lex naturalis". Quamquam Angelicus Doctor hoc in textu, non intendit directe nisi ut nitendo auctoritate S. Augustini, indebetitas legis naturalis ~~de~~ — huius ex cordibus hominum probetur, nihilominus ex ejus verbis sat clare manifestatus etiam quod praecepta primaria sunt nobis naturaliter innata. Ex una enim parte, quando dicitur lex naturalis ~~meritis~~ in genere dicuntur etiam praecepta ejus primaria, utpote essentilis ejus pars ac elementum constitutivum (2) ex alia enim parte, verba "a6-

---

(1) Cfr. C.Ronconi: Dizionario di scienze filosofiche, Milano 1916, Voe. "innato" ubi dicitur quod innatum litteraliter significat: "ciò che è nato assieme ad un essere e fa parte della sua natura"

(2) De coetero, hoc in leco ex corpore ipsis articuli, liquet quod per legem naturalem S.Thomas intendit etiam praecepta primaria.

xintae est in cordibus hominum" sufficienter insinuant originem nativam legis naturalis meritis.

Idem quid dicitur etiam in q.90,a.4, ad Im ejusdem partis Summae: "quod promulgatio legis naturae est ex hoc ipso quod Deus eam mentibus hominum inseruit naturaliter cognoscendam", clarius adhuc in De Verit. q.16,a.1 ubi agitur de Synderesi, ita in corp. hujus articuli, inter cetera haec leguntur: "Unde et in natura humana in quantum attingit angelicum, oportet esse cognitionem veritatis sine inquisitione et in speculativis ~~et in~~ practicis; et hanc quidem cognitionem oportet esse principium totius cognitionis sequentis... unde et hanc cognitionem oportet homini naturaliter inesse, cum hoc quidem cognoscat quasi quidem seminarium totius cognitionis sequentis.... Sicut autem animae est quidem habitus naturalis quo principia speculativa~~rum~~ scientiarum cognoscit, quem vocamus intellectum principiorum operabilium, quae sunt naturalia principia juris naturalis; qui quidem habitus ad syderesim pertinet." Relatae ad textum adeo luculentum, forte aliquis dubitare potuit utrum verba "naturalis", "naturalis inesse" etc. significant aliquid innatum. Ad horum anxietatem dissipandam,

sufficit natare quod in responsione adobjectionem<sup>am</sup> —  
 ejudem articuli, S.Thomas doctrinam suam in corpore articuli ab adversariis defendendo, haec habet verba: "quod actus cognitionis non praexigitur ad potentiam vel habitum synderesis, sed ad actus ipsius. Unde per hoc <sup>non</sup> excluditur quin habitus synderesis sit innatus". In his verbis praeter quam praecepta primaria mentibus nostris naturaliter innata semel adhuc declaratur, (N.B. syndesis enim nihil aliud est nisi cognitio habitualis praeceptorum primiorum legis naturalis moralis ut infre videbimus) (I) — expressiones: "naturalis" naturaliter inesse" etc intendi/ hoc saltem in loco ut innati etiam liquet.

Praeter citates alias textus item inveniuntur qui adhuc magis directe ac proprie praecepta primaria legis naturalis moralis spectant. Sic v.g. in II Sententianum dist. 24.q.I,a.I. ad 3um: "primorum principiorum (etiam practicorum, loquitur enim de libero arbitrio)... cognitio naturaliter est insita nobis secundum quod in omnibus iudicis dirigimur". Similiter quoque III Sent. dist. 33,q.2,a.4. sol. 4.c. tunc sicut in ratione speculativa sunt innata princi-

(I) Cfr. Gredt, Element philosophicae Aristotelicae-thomisticae Ethic. Gen. Cap. IV

pia demonstrationum, ita in ratione practica sunt innati  
finiscom naturales homini; unde circa illa non est habitus —  
acquisitus aut infusus, sed naturalis sicut synderesis, lo-  
co cuius Philo plus ponit intellectum in operativis". Ani-  
madvertendum est quod "finis" hoc in loco non dicit exclu-  
sive objectum voluntatis, sed specialtim praecentum ratio-  
nis practicae, contextus parallelismus inter rationem spe-  
culativam et rationem practicam, qui invenitur incontextu id —  
suadet. Praeceptum rationis practicae potest dici "finis"  
in quantum voluntas nostra non appetit nec prosequitur ho-  
num quod habet rationem finis (1) nisi quod hoc ultimum ut  
tale ab intellectu nostro responetur, idque tanquam  
prosequendum dictetur (2) Denique etiam in De Verit. q.17  
a.I. ad 6um: ".... dicitur conscientia ex divina immissio-  
ne esse, permodum quo omnis cognitio veritatis quae est in  
nobis, dicitur esse a Deo, a quo principiorum primorum cog-  
nitio naturae nostrae est indita". His ex dictis dilectis —

---

(1) I.q.5.a.2.ad 1um et ad 2um; a.4.; q.48.a.I.ad 2um; II,  
Sent. dist. 38.a.3.c. Cont. Gent. lib. I. corp. 40; lib.  
III corp. I6; I7,I9; De Verit. q.2I,a,I.c.

(2) Haec est ratio cur S.Thomas saepe saepius loquitur de  
fine in ratione vel in intentione cfr. v.g. I-II,q.I.a.  
ad 1um; a.3. ad 2um; a.4.c.; q.18.a.7. ad 3um; q.20.  
a.I. ad 2um; q.25.aa. I,2.c.; I-II,q.47.a.6.c.; III Sent.  
dist. 33.q.2.a.4.c. etc.

forsitan definitive concluderet S.Thomam praecessorem exstissem modernorum innatistarum vel nativitarum, qui quasdam  
saltem ideas vel notiones nostre intellectui esse directe —  
 ac pre se, nulla nimirum supposito experientia externa,  
 immiscas esse dicunt (I<sup>o</sup>) Ne quid injuriae S. Thomas ~~sic~~  
nobis apparet. I<sup>o</sup> Quantum ad apprehensionem terminorum ex  
ingeratur, investigemus igitur oportet in quodam sensu pro-  
 prie, dum loquatur de praeceptis primariis legis naturalis  
moralis, ut titul hoc termino "innatum", aliisque huic aequi-  
 valentibus, ut : "inditum" "insitum" etc. Textibus diligen-  
 ter inspectis, mens S.Thomae sic nobis apparet: I<sup>o</sup> Quantum  
 ad apprehensionem terminorum ex quibus praecepta primaria  
legis naturalis componuntur, intellectus noster indiget  
 experientia empirica. Omne praeceptorum legis naturalis, —  
 utpote propositionis instar rationis speculativae, duabus  
 saltem componitur terminis, quorum unus est subjectum, ali-  
 us vero praedictum. Propositionem rationis speculativae  
 autem ut mēniūm relatet, cognoscere non possumus, nisi  
 notiones ejus terminorum prius haberemus. Ita ergo et prae-  
 ceptorum principiorum legis naturalis ad intellectum nest-  
rum rationis practiceae autem quomodo se habent notiones

---

(I) Cfr. Ronzoni op.cit. voc. nativismus

terminorum praceptorum ~~principiorum~~ legis naturalis ad intellectum nostrum? Simpliciter innata? Non, "intellectus humanus, dicit enim S.Thomas praesunte Aristotele, qui est infimus in ordine intellectum et maxime remotus a perfectione divini intellectus, est in potentia respectu intelligibilium et in principio est sicut tabula rossa in qua nihil est scriptum... Quod manifeste apparet quod in principio sumus intelligentes solum in potentia postmodum autem efficimus intelligentes in actu...." (1) Unde tandem aliquando fuit tempus ~~in quo~~ nec prima principia seu speculativa seu practica in intellectu nostro inveniuntur actu.

Ergo unde? Abstrahuntur lumine intellectus agentis ex rebus sensibiliibus mediantibus speciebus phantasmate impressis vel productis, quae seriem elaborationum sensuum tam exterorum quam internorum supponunt: "praesistunt in nobis, en verba S.Thomae in tractatione de Magistro, quae-dam scientiarum semina, scilicet primae conceptiones intellectus quae... lumine intellectus agentis cognoscuntur per species a sensibiliibus abstractis". (2) Et cuius ratio est, notiones quippe terminorum ex quibus praceptorum primariorum regis naturalis componuntur sicut et coeterae alias

(1) I.q.79.a.2.c. (2) De Verit. q.II.a.1.c.

notiones sunt cognitiones (utique in actu primo duntaxat) —  
 quaedam intellectus humani. Omnis autem cognitio intellectus humani, juxta S.Thomam, non potest esse, nisi in quantum causatur ex rebus (1) sensibilibus per operationes sensuum —  
 tam externorum quam internorum (2) esse esse, esse est,  
 sicut enim esse intellectus noster, hac invita, est corpori conjunctus, ita et in operatione, ad quam reducitur  
 primis actus intelligendi ab eo non disagregatur (3) quod res materiales seu sensibles duntaxat attingere potest (4) —

2° Sunt nobis simpliciter innatae lumen intellectus agentis et inclinationes naturalis voluntatis, ut pote principia, quibus precepta primaria legis naturalis sequuntur. Dictum est supra, precepta primaria legis naturalis sequuntur lumen rationis practice et inclinationes naturalis voluntatis. Hae autem duo ultima, juxta S.Thomam, sunt no-

(1) Cfr. I.q.84,a.6; De Verit. q.10.a.6; Opuscu. II cap. 81 et 82.

(2) I.q.78.an. 3,4; 79,an. 4,6; q.84 an.2,7; De Verit. q.10 a.6. Quodl VIII a.3; Opus. II cap. 81.82; Cont. Gent.lib. IV. cap.2; I Corinth. XIII, lect.3.

(3) I.q.64,a.1,ad 1 m; 84,,a.6.c.; I-II,q.62.a.3.c. et adlm; — 51,a.1. ad 2um II Sent. dist. 24,q.2.a.3.c. dist.39.q.3 a.1.c. De Verit. q.10.a.6; De Verit. in Conc. q.1.a.5 ad 3m; Quodl VII I.3. Opus. V.cap. 81

(4) Haec est ratio cur S.Tho. dicit quod objectum adaequatum intellectus nostri hac in vita, est solummodo res materialis.

bis simpliciter innata. Aliis verbis: non operationibus nobis acquisita, sed directe a Deo in creatione nostrae naturae immissa. Ad hoc impossibile est prae multitudine, — nec necessarium, hic omnes textus S. Thomae <sup>ad hoc</sup> quoquo modo pertinentes adducere, satis est si prae oculis habeamus quod isic dictae lumen rationis practicae et inclinations naturales sunt, juxta Angelicum Doctorem, quedam proprietates essentiales nostrarum facultatum spiritualium intellectus minirum et voluntatis (1) quibus rationales efficimus in natura (2) queque immediate ac integraliter a Deo recipimus in anima. (3)

3º Innata est intellectui nostro quedam facilitas naturalis, qua statim usum rationis habemus, notiones universales ordinis practici ex sensibilibus abstrahimus, hisque abstractis, illico praecepta primaria legis naturalis

(1) ~~Zzz~~ I-II, q.110, a.4, ad 4um; IV, q.18, a.1.c ad 3um et ad 4m

(2) I, q.90, aa.1, 2; 108, a.2; II Sent. dist. 28, q.2; De Poten.

q.3, a.9 Quodl. IX, a.2; Opus. II, cap. 93, 131, 229, 230.

XXVIII cap. 5.

(3) Quod ad lumen rationis practicae attinet cf. I, q.79, aa. 4, 5; 88, a.1, circa fin. Contr. Gent. lib. II, cap. 76, 78; De Anima a.5. Quod advero inclinationes naturales cf. I-II, q.10, aa.1, 2; 94, a.2, c.; De Malo q.17, a.4, ad 5um; De Verit. q.22, aa.5, 9;

morelis formamus. Hoc jam manifeste patet ex textibus illis, quos paulo supra citavimus, in quibus dicta preecepta mentibus nostris per se esse nota dicitur.

Unde patet : preecepta primaria legis naturalis, juxta mentem S.Thomae, non sunt nobis naturaliter innata nisi in sensu relativo i.e. sunt innata quoad principia et facilitatem non vero quoad cognitionem ipsam (I) (actu).

Ita intelliguntur quidam textus S.Thomae, in quibus dicitur quod habitus principiorum primorum practicorum seu synderesis solummodo sit nobis quudemmodo innatus (2) vel quod sit partim dumtaxat a natura, quemadmodum intellectus principiorum speculativorum (3)

Doctrina igitur S.Thomae haec in re nullimodo confundenda est cum doctrina inmatistarum modernorum nec hanc ultimam ab illa suam suppasisse originem dici potest, cum fundamentaliter <sup>inter</sup> se differunt.

(1) Credt. op. cit. Ethica gener. cap. IV. Vallaro Steph.

e.p. in Scuola cattolica 1939 p.497

(2) II Sent. dist. 24, q. 2, a. 3. c. cfr etiam Lottin. op. cit. p.29.

(3) I-II q. 51. a. 1. c.

### Art. II - Indefectibilitas

Ex antea dictis compertum est, praecepta primaria legis naturalis a nobis naturaliter cognosci. Cum vero intellectus noster sit "infimus in ordine intellectum et maxime remotus a perfectione intellectus divini" (1), quae rimus hoc in articulo, utrum dicta praecepta semel a nobis cognita, juxtra S. Thomam quadam patiatur defectibilitate, in quantum nempe vel a certitudine ac veritate recedunt vel tandem aliquando extinguntur seu ab intellectu delectentur.

### Impeccabilitas

Utrum praecepta primaria legis naturalis moralis intellectui nostro semel indita sunt certa atque recta?

Praecepta primaria legis moralis non modo inquantum considerantur objective seu in seipsis sed etiam prout a nobis cognita sunt semper certissima atque recta. Haec est doctrina quem S. Thomas fideliter prosecutus fuit. Jam in Commentariis super libpos Sententiarum dist. 30, s. l. c. tractando de synderesi S. Thomas nos docet quod in praeceptis primariis legis naturalis moralis cognoscendis eisve formandis impossibile est quod intellectus noster patiatur vel errore vel ambiguitate: "sicut autem non contingit, ipse dicit, in speculativis intellectum errare circa cognitionem primorum quin semper repugnet ei omni (notandum est id fieri non posse nisi intellectus sit omnino certus de veritate cognita) ita etiam non contingit errare in principiis practicis". Etiam in art. 2 agendo de conscientia: "quod ... prima principia quibus ratio dirigitur in agendis sunt per se nota, et circa ea non contingit errare, sicut non contingit errare ipsum demonstrantem circa principia prima". Assertio nem suam probat in eodem libro dist. 24, q. 3, a. 2. c. quando

loquitur de quidditate habitus praceptorum primariorum legis naturalis moralis scilicet Synderesis, sequenti argumento: Processus rationis nostrae seu speculativae seu etiam practicae est omnino parallelus ~~motuum~~ motui rerum naturalium. Quemadmodum per motum res naturalis transit de uno statu ad alium, ita etiam per processum rationis intellectus noster procedit ab una cognitione ad aliam. Oportet igitur quod sic se habet motus rerum naturalium in ordine physice ita se habeat processus rationis nostrae in ordine logico. Sed de motu rerum naturalium est, ex eo quod natura sua sit defetibilis, quod principium primum vel primus motor, a quo omnis motus procedit, sit immobilis: "quod omnis motus ab immobili moventur procedit ut dicit Augustinus VIII super Genesim cap. XXVI, col. 391, t. III et Phileosophus probat in VII Physicarum a text. 21 ad 45, et omne dissimiliter se habens ab uno eodemque modo se habenta" Ita ergo et oportet esse de processu rationis nostrae; aliis verbis: necesse est quod prima principia rationis nostrae sint semper certa atque recta: "cum enim ratio veritatem quamdam habeat, et quodammodo mobilis sit, secundum quod principia in conclusiones deducit, et in conferendo decipi potest, oportet quod omnis ratio ab aliqua cognitione procedat, quae uniformitatem et quietem quamdam habeat..." (1). Re quidem vera si in primis principiis sive speculativis sive practicis contingisset vel ambiguitas vel error, necesse esset quod omnes conclusiones ex eis deductae sint infirmae atque instabiles, cum, deficientibus principiis, deficiant et conclusiones quae ab eis dependent: et consequitur nullam esse cognitionem certam, nullamque scientiam veram quod est omnino

1) Ibid. cf. II Bent. dist. 37, a. 3.c. ubi talis doctrina etiam clare exponitur. Ae

contra sensum communem.

Doctrina in libris Sent. exposita quoad substantiam omnino intacta manet in De Verit. in q.16,a.2 ubi evolvitur — quaestio: "utrum Synderesis possit peccare"? Modificatio, si qua sit habetur solummodo in forma externa scil?quoad modum exponendi, quatenus ea ,quae ofim hic illicque dispersim tradebatur nunc autem systematice ad unitatem quamdam organicam redacta sunt. Analysis ipsius articuli in novis reddit sufficienter certum. Naturali modo corpus articuli tres dividitur in partes, intime inter se connexas. In prima parte, fundamentum suae argumentationis ponendo, S.Thomas incipit a phenomenonis ordinis physici quae utpote nobis cognitu faciliora sunt, et dicit: quod in operibus naturae si caetera mutantur ac deficiunt, principia autem quantum in se eadem manent: "...quod natura, en eius verba, in omnibus operibus bonum intendit, et conservationem eorum quae per operationem naturae fiunt: et ideo in omnibus naturae operibus semper principia sunt permanentia et immutabilia et rectitudinem conservantia principia enim manere oportet ut dicitur in I Phys. Non enim possunt esse aliqua firmitas vel certitudo in his quae sunt a principiis nisi principia sunt firmiter stabilita".

His dictis S.Doctor statim transit de ordine physico ad ordinem logicum, imprimis quidem scil, in secunda parte, ad illum speculativum in qua ipse supposito parallelismo inter utraque, primis principiis nostris ~~congnitionis~~ speculativis analogice tribuit omnes proprietates quae primis principiis ordinis physici conveniunt, agnoscendo scil, quod sicut in his ultis non contingit mutatio vel deficientia,

ex eo quod si res aliter se habuisset, nulla firmitas vel certitudo in his quae sunt a principiis adhuc dari posset, ita et in illis primis nec contingere potest seu error seu ambiguitas et quidem propter rationem similem. "Et inde est, de facto ita ipse prosequitur in sua ratione, quod omnia mutabilia redunduntur ad aliquod primum immobile: inde est etiam quod omnis specifica derivatur ab aliqua certissimo cognitione circa quam error esse non potest, quae est cognitio primorum principiorum universalium, ad quae omnia illa cognita examinantur, et ex quibus omne verum approbat, et omne falsum respuitur. In quibus ~~sia~~ ~~liquis error~~ posset accidere, — nulla certitudo in tota sequenti cognitiones inveniretur". Sed si ita est de primis principiis speculativis ita et oportet esse de illis practicis; cum pars sint conditionis, pars et oportet esse legis quam sequuntur, ac tunc in tertia parte sine ulla haesitatione concludit: "unde et in operibus humanis, ad hoc quod in eis aliqua rectitudo esse possit oportet esse aliquod principium permanens, quod rectitudinem immutabilem habeat ad quod omnia opera examinantur; ita quod illud principium permanens omni malo resistat, et omni bono assentiat....".

Mens igitur S.Thomae indiscretibilis est: praecincta primaria legis naturalis moralis sunt semper certa atque recta. Quod tamen ipse luculentius adhuc elucidare vult per respondae ad objectiones qurum nonnulla hic dumtaxat referimus:-

la Objectio desumitur ex Glossa Hieronymi Ezech. I ubi haec verba leguntur: "Hanc (nempe sunderesim) quae uti notavimus, nihil aliud est nisi cognitio habitualis praceptorum primariorum legis naturalis moralis) interdum praecipitari videmus" (1).

1) De Verit. q.16 a.2 obj.1 et II Sent. dist.39 a.3 al obj.1.

2a vero ex verbis quae inveniuntur in Joan. XVI, 2: "Venite hora ut omnis qui interficit vos, arbitratur obsequium se praestare Deo". Juxta haec verba aliqui "ad occisionem tri Apostolorum inclinabantur ex hoc arbitrio quod judicabant esse obsequendum Deo" quod, utpote ut unum ex praceptis primariis legis naturalis moralis, pertinet ad synderesim(1).

3a denique ex argumento a pari, sicut omnis operatio rationis speculativa ex primis principiis speculativis oritur ita et omnis operatio rationis practicae ex primis principiis practicis initium sumit. Si principiis practicis tribuitur operatio quae est secundum virtutem, cur eis non tribuitur illa quae est secundum peccatum(2).

Ad 1am difficultatem Angelicus Doctor ita respondet: verba S. Hieronymi non significant intellectum nostrum contingere errare aut fluctuare circa prima principia practica quantum in se considerata sed in quantum in sua applicatione ad casus particulares, secundum quod prepter imperfectam et falsam deductionem vel aliquam falsi assumptionem "conclusionem non recta ex principiis deducitur"(3).

Ad 2am vero: "quod quando in aliquo sullogismo conclusio falsa inducitur ex dubibus propositionibus, quarum una est vera et alia falsa, peccatum in conclusione non posse attribui verae, sed falsae. Et ideo in illo arbitrio quo occisores Apostolorum arbitrabantur se obsequium praestare Deo, peccatum non proveniebat ex universalis iudicio synderesis, quod est Deo obsequendum, sed ex falso iudicio superionis rationis quae arbitratur occisionem Apostolorum esse beneplacitum Deo...."(4).

1) De Verit. q.16 obj. 2.

2) Ibid. l.c. obj. 6

3) Ibid. l.c. ad lnum; II Sent. l.c. ad lnum

4) ibid. ad 2um

Ad 3am denique S.Thomas dicit quod ratio operatio  
quae est secundum peccatum non est tribuenda primis principiis  
practicis est quia "sicut in ~~speculativis~~ speculativis ratio —  
falsa, quamvis originem sumat a principio non tamen a principiis —  
suis falsitatem habet, sed ex malo usu principiorum ita etiam —  
in operativis accidit"(1).

Mens ista immutata manet in Summa Theologica, in qua  
similes affirmationes invenimus. In I,q. 79,a.12,c. ubi  
agitur semel adhuc de quidditate sunderes<sup>ad</sup>, huiusmodi verba  
legismus: "...ratiocinatio hominis, cum sit quidam motus,  
progreditur ab intellectu aliquorum sicut naturaliter notorum  
absque investigatione rationis sicut a quodam principio  
immobili; et ad intellectum etiam terminatur, in quantum  
judicamus per principia per se naturaliter nota de his quae  
ratiocinando inveniuntur. Constat autem quod sicut ratio  
speculativa ratiocinatur de speculativis, ita ratio practica  
ratiocinatur de operabilibus. Oportet igitur naturaliter  
esse inditam sicut principia speculabilita et principia  
operabilem". Neminem latet his verbis resumere id quod  
longe lateque in libris Sent. et De Veritate tractatum  
fuit. Ita etiam in tractatu de lege naturali (I-IIq.94)  
Sic v.g. in art. 4 ubi postquam instaurerit comparationem  
inter ordinem speculativum et ordinem practicum S.Thomas in  
concludendo haec verba habet: "Sic igitur in speculativis est  
eadem veritas apud omnes tam in principiis quam in conclusi-  
onibus, licet veritas non apud omnes cognoscatur in conclusi-  
onibus, sed solum in principiis, quae dicuntur communes  
conceptiones. In operativis autem non est eadem veritas

1) De Verit. l.c. ad 6.m

vel rectitudo practica apud omnes quantum ad propria, sed solum quantum ad communia: et apud quos est eadem rectitudo in propriis non est aequaliter eadem nota. Sic igitur patet quod ~~quoniam~~ <sup>quantum</sup> ~~communia principia~~ rationis ~~sive speculativae sive practicae~~, est eadem veritas seu rectitudo apud omnes et aequaliter nota".

Diversum quid non nobis exhibetur in tractatu de preeceptis moralibus Veteris Legis quarum principia communissima conincidunt cum preeceptis primariis legis naturalis moralis<sup>(1)</sup>. In I-II q.99,a. ad 2um: "Ratio autem hominis circa preecepta moralia quantum ad ipsa communissima preecepta non poterat errare in universalis sed tamen propter consuetudinem peccandi obscurabuntur in particularibus agendis...". In eadem parte q. 100 a.11;c: "Horum (preeceptorum moralium) autem triplex est gradus. Nam quaedam sunt communissima est adeo manifestata, quod editione non indigent...q ae sunt quasi fines preeceptorum; unde in eis nullus potest errare secundum judicium rationis".

Plures textus hic et illic etiam in aliis variis operibus S.Thomae invenimus v.g. V Sent. dist. 24, 4. 3.a.3.Ad 2um; — II ibid. 5m. III Sent. dist. 37ma .4/ad lum. De Verit. q.17,a.1. — ad lum; ibid. a.2.c: Quodli.III .26;I.q.79,a.12.3um;I-II q.97, a.4.3um: ibid.q.100Ma.11, quos tamen, utpote minoris momenti sunt, brevitatis causa, hoc in loco citare omittimus.

1) I-II q.100 a.1.

Inextinguibilitas

"Quod naturaliter inest, semper inest" ita dicit S.Thomas (1). Exinde jam eis, quae dicta sunt de origine naturali cognitionis praceptorum primariorum legis naturalis moralis, — illic concludendum est dicta pracepta, prout nostro intellectui cognita, nobis habenda esse ut inextinguibilia, seu indelebilia. Nihilominus, cum S.Thomas huius questioni magnam — saepè saepius praestiterit attentionem, pernecessarium esse nobis videtur quod ei specialem quamdam tractationem dedicemus. Ut expositio clarior fiat textus S.Doctoris secundum eorum momentum in duplicem seriem dividimus: unam principaliorum alteram vero accessoriorum.

Textus principaliores. Textus principaliores pro nostre scpo habemus in II Sent. dist. 39 q. 3 a.1. De Verit. q.10, a.3; et Summa Tehol. I-II q.94 a.6. De his seorsim agimus:

In Snet dist. 39,q.3 a.1.-Hoc in art. queritur "utrum superior scintilla rationis possit extingui". Corpus articuli constat ex ~~membrum~~ dupli parti. In prima, fundamento — ponendo eis quae dictura sunt in secunda parte, S.Thomas — nobis demonstrat quod cognitione praceptorum primariorum legis naturalis moralis est intellectui nostro humano quatali naturaliter debita. In arguendo ipse incipit a principio a Pseudo-Dionysio in De Divinis nom. cap. VII & 3 posito, secundum quod quamlibet rem creatam, in medio duarum eliarum creaturarum constitutam, ex se, divina ~~magis~~ sapientia dispnente, oportet in parte sua inferiori contrahere imperfectionem creature sese inferioris et in parte sua superiori participare

---

1) De Verit. q.10 a.2.Sed contra.

perfectionem creaturae superioris. Applicando tale principium ad casum hominis qui, utpote animal rationale, in hierarchia creatrarum, in medio constituitur Angelorum et animalium, — debemus dicere quod ipse aliquid participat de animalibus et aliquid de angelis. Ita est de hominis essentia ita et oportet esse de eius operatione, eum hoc illo sequantur. Hac — c duce ratione dicimus quod "cognitio debita sibi(homini) secundum suum proprium ordinem est cognitio quae a sensibilibus in intelligibilia procedit, et non pervenit in cognitionem veritatis nisi insquisitione praecedente, et ideo cognitio eius rationalis dicitur".

Sed si per similitudinem ad naturam animalium homini non est cognitio nisi ex sensibilibus, per configurationem naturae angelicae, cui proprium est habere cognitionem intellectualem neverse est quod quasdam veritates sine ullo discursu rationis — apprendunt. Et tales veritates nihil aliud sunt nisi principia — prima per se nota, non modo in speculativis sed etiam in — practicis secundum quod in angelis praeter cognitionem speculativam invenitur etiam cognitio practica(1). — 21

His dictis, in secunda parte quasi per modum conclusionis Angelicus Doctor inextinguibilitatem cognitionis praceptorum primariorum legis naturalis moralis statui his apertissimis — verbis: "Sicut autem non contingit errare in speculativis intellectum errare circa cognitionem primorum, quin semper repugnet ei omni quae supra principia dicitur, ita etiam non contingit errare in practicis in principiis primis; et

---

1) Relate ad clarius in De Verit. q1l6 a.l.c.

propter hoc dicitur quod haec superior rationis scintilla,  
 quae sunderesis (i.e. cognitio habitualis praceptorum prima-  
 riorum legis naturalis moralis) est, extingui non potest —  
 sed semper repugnet omni ei quod contra principia naturaliter  
 sibi indita est". In responsionibus ad objectiones S.Thomas  
 descendit ad quosdam casus particulares, et nos docet quod  
 cognitio praceptorum primariorum legis naturalis moralis  
 non extinguitur nec in hereticis et infidelibus nec in pecca-  
 toribus vitiiosis ac et immo, in damnatis. 1º Non in haereticis —  
 et infidelibus. Haeresis enim et infidelitas nullatenus  
 obstant quominus cognitio praceptorum primariorum legis  
 naturalis moralis in homine maneat. Nam haeresis et infidelitas —  
 dicuntur in oppositione ad principia fidei, quae sunt super-  
 naturalia; cognitio autem praceptorum primariorum legis naturalis —  
moralis est in ordine pure naturali: ac proinde in una eademque  
 persona coexistere possunt. Vel potest dici quod primaria  
 lexis naturalis moralis pracepta quantum in se manent semper —  
 in homine. Quod si homo bona fide adhaereat haeresi vel infi-  
 delitati, non quia dicta pracepta in eo extinguntur sed  
 quia ab eo ad casus particulares sua ratione non recte applicantur(1). 2º Non in peccatoribus vitiiosis. Verum est quod  
 peccatores vitiosi deficiunt nunnunquam de finis judicio,  
 eligendo scilicet quod sibi judicant bonum, dum e contrario sit  
 per se malum. Nihilominus hoc non oritur ex praceptorum —  
 primariorum legis naturalis in homine extinctione, quia si —  
 ab eis quaereretur utrum bonum sit faciendum, malum vitandum  
 et similia, ipsi induie respondrent affirmative. How provenit  
 ex nimia propensione voluntatis, malo habitu impetuque

---

1) cfr/ l.c. ad 3m

passionis causata, ad actum peccaminosum, quae mentem in  
judicando ita premit atque disturbat, ut synderesis murmur  
non perciperet (1). 3º Non in damnatis. In damnatis manet  
adhuc cognitio praceptorum primariorum legis naturalis, sed  
talis cognitio nunquam exit in actum ut bonum actualiter  
appetatur. Quod accidit propter perpetuum impedimentum  
abstinentiae voluntatem ligantis, quo voluntas rationi  
nunquam obedit (2).

De Verit. q.16,a.3. De eodem objecto hic agitur ac in  
III Sent. dist. 39 q.3 a.1. In dubio tamen solvendo S. Thomas  
absque ulla mutatione substantiali doctrinae suae prius  
traditae, quaestionem nostram profundius inquirit eamque  
nova quadam luce illustrat. Ipse in corp. articuli, synderesis  
sub duplice aspectu considerat prouti scil. quae est in se  
et prouti quae est in suo exercitio. Considerata prouti est  
in se, synderesis non potest extingui: cuius ratio est quia  
lumen habituale intellectus agentis "per quod principia  
prima nobis innotescunt", et quo anima humana fit intel-  
lectualis, est omnino inseparabilis ab natura hominis.  
Considerata vero prouti in suo exercitio, tum dicendum est  
quod synderesis potest extingui in quantum nempe impediri  
possunt eius actus vel effectus. Quod de facto contingit in  
eis, in quibus, propter impedimentum proveniens ex laesione  
organorum corporalium a quibus ratio humana accipere indiget,  
deest usus rationis. Quanquam vero ad hoc quod aliquis in  
momento sue actionis deficit de finis iudicio, sibi eligendo,  
scil. malum pro bono, non potest dici quod synderesis in eo  
extinguitur. Nam in hoc casu, id quod intecipitur non  
est synderesis ipsa, tam in se quam in suo exercitio, sed

1) cfr. l.c. ad 5m

2) cfr. l.c. ad 5m

72

eius applicatio dumtaxat, inquantum scil, "Vis ..... concupiscentiae vel alterius passionis ita rationem absorbet, ut in eligendo sunderesis universale judicium ad particularem actum non applicet"(1). His ex dictis nobis clarum est quod juxta S.Thomam , cognitio praeceptorum primiorum legis naturalis moralis omnibus nobis usum rationis liberique arbitrii fruentibus, necessario inest et semel indita necessario manet etsi quod eius exercitium aliquando impediri possit propter carentiam usus rationis vel illius liberi arbitrii.

Summa Theol. I-II q.94,s. 6. Hoc in loco relate ad nostram quaestionem S.Thomas nihil novi adjungit, sed doctrinam jam inde sua juventate ampleam simpliciter repetit:scil, cognitio praeceptorum primiorum legis naturalis moralis est inextinguibilis seu indelebilis.Re quidem vera ad quaestionem sibi propositam:"utrum lex naturae possit a corde hominum aboleri" S.Thomas, facta distincta inter praecepta primaria legis naturalis eaque secundaria, respondet quod praecepta primaria legis naturalis semel cognita nequeunt a cordibus hominum aboleri quamquam illa secundaria possint. En eius verba:"sicut supra dictum est...ad legem naturalem pertinent primo quidem quaedam praecepta commissima, quae sunt omnibus nota; secundario autem quadam secundaria praecepta magis propria quae sunt quasi conclusiones propinquae principiis. Quantum ergo ad illa principia communia, lex naturalis nullo modo potest a cordibus hominum deleri in universaliter; deletur tamen in particulari operabili; secundum quod ratio impeditur applicare commune principium ad particolare

---

1) cfr etiam responda ad objecta quae fere omnes eadem sunt ac in II Sent.l.c.

operabile, propter consumiscentiam vel aliquam aliam passionem... Quantum vero ad alia praecepta secundaria potest lex naturalis deleri a cordibus hominum...."

Series aliorum textorum  
Praeter praecipuos textus supra dictatos habemus etiam hic et illic in operibus S.Thomas alios textus in quibus inextinguibilitas praeceptorum primariorum legis naturalis moralis affirmatur. Quosdam eorum citamus servando ordinem — chronologicum.

In libiris Sent. II.dist. 24, q.3.a.3 ad 5m: "quod in anima est aliquid quod est perpetuae rectitudinis statu. — synderesis quae quidem non est ratio superior sed se habet ad rationem superiorum sicut intellectus principiorum ad raticinationem de conclusionibus".

In dist. 37, a.3: hic S.Thomas instituit comparationem inter leges "quibus humani nobis diriguntur et cursus in rebus naturalibus", et dicit quod sicut rebus naturalibus datur triplex cursus rerum quarum quaedam, utpote causa et origo aliquarum", nunquam deficiunt, ex natura sua hoc habentia ut sint, "ita etiam loquendum est de legibus: "quaedam enim sunt leges, quae ipsi prima mensura et regula omnium humanorum actuum quae nullo modo deficiunt, sicut nec regimen rationis deficere potest, ut aliquando esse non debeat....". Leges quae rationi sunt inditae, seseque habent ut mensura et regula omnium actuum humanorum nihil sunt nisi praecepta primaria legis naturalis moralis, in quibus lex naturalis praecipue consistit. Proinde S.Thomas illico subjunxit: "et haec leges Jus naturale dicuntur".

De Verit. q.16,a.ad 7m : " et sic etiam sunderesis ex —  
 aliquo habitu naturali habet quod semper ad bonum ad bonum —  
 inclinet". In Summa Theologica: I-II ,q.97,a.a.ad 1m:asserenti  
 legem humanam esse immutabilem inquantum a lege naturali  
 derivetur S.Thomas his verbis respondet:"quod naturalis lex  
 est participatio quaedam legis aeternae...et ideo immobilis —  
 perserverit.....ideo eius lex ~~eius~~ lex immutabilis est. Et —  
 praeterea lex naturalis continet quaedam universalia prae-  
 cepta, quae semper manent...". En quomodo inextinguibilitas  
 praceptorum primiorum legis naturalis ~~moralis~~ claris —  
 verbis asseritur.

+++++  
 +-----+

Textibus inniti demonstravimus usquendum, juxta mentem  
 S.Thomae, pracepta primaria legis naturalis ~~moralis~~ esse —  
 nobis omnibus rationis usu fruentibus, per se nota naturaliterque  
 indita, et semel mentibus indita deficere non posse sive  
 quoad veritatem sive quoad certitudinem sive etiam quoad  
 durationem, quamquam eorum usus actualis quandoque impeditur .  
 Hoc ex dicto liquet evidenter in praceptis legis naturalis  
primariis nullimode dari posse ignorantiam,-errorem vel —  
 etiam dubium, ut postea adhuc clarius videbimus.

CAPUT III

DE COGNOSCIBILITATE LEGIS NATURALIS IN SUIS CONCLUSIONIBUS  
apud  
SECUNDUM S. THOMAM

Art. 1. Conclusionum formatio exrumque relatio ad prima  
 praecepta apud S. Thomam.

Lineae, quae conceptum genuinum legis naturalis juxta  
 mentem S. Thomasae, et eius elementa constitutiva nec non  
 naturam intrinsecam lectori demonstraverunt, nos suadent — &  
 jam ut ad conclusiones quae inde defluere possunt, prodeamus.  
 Indubium sane est principia esse cessare, ex quibus nihil aut  
 prorsus nihil deduci potest quo particula indicatur, —  
 quippe quae id praecipue significant ut quid <sup>ex</sup> eis deducantur. —  
 Porro prae oculis tenendum est, ordinem tam metaphysicum —  
 quam operaticum sequi ordinem processus logici, qui analy-  
 ticus et deducitivus sit; inducito methodica ex singularibus  
 premissis ad principia procedens detegit veritatem in ipsis  
~~praeceps ex eo quod principium universale logicum vident singulari~~  
 singularibus, quinimo ordo tam metaphysicus quam practicus ~~est~~;  
 sub ratione generali entis boni ordine logico regitur, uterque  
 enim operatio rationis est, quae principio contradictionis  
 necessarie regitur Ratio cur S. Thomas constanter comparationem —  
 parallelam structualem inter ordinem speculativum et opera-  
 tivum inter processum practicum et speculativum instituat,  
 duxta nos praecipue ab hoc repeti potest, ut uterque eodem  
 ordine logico in processu regatur. Hinc igitur tute primo  
 principio logico fundamentali, conceptus entis (ordo  
 speculativus) evolvitur ad veritatem particulares inquirendas, —

ita ardo operatus a primo principio fundamentali ad actus —  
particulare informandas (1). Hie ponitur problema inter  
concretum et universale, inter actus singulares et principia  
deontologica. Longe abest ut ordinis metaphysici problema  
solvere pretendamus, primum principia legis, intrinsece  
naturales considerata, non sunt nisi regula in sensu abstracto, qua  
agere humanum sit possible in sensu morali abstracto objectivo,  
sicut principium contradictionis quo ratiocinium sit possibile. —  
Sed agere humanum non terminatur in principio quodam abstracto —  
et generali sed in concreto (2); sicut ipsa speculatio; et  
sic directe ingredimur in interius problema concreti et  
universalis.

Etenim Vita humana constituitur operationibus quae —  
singulares ex se veniunt, ad quas intellectus practicus  
veritatem cognoscitam ordinat (3). Porro principia tam logica —  
in ordine logico, metaphysica in ordine speculativo, quam —  
principia legis naturales, utpote prima, sunt universalissima,  
abstractissima ab omnibus contingentibus, et operationes —  
sunt concretae et singulares, consequenter contingentes ut —  
illae, utcumque sint fundamenta quibus haec in suo ordine  
constitui possint influxum certum et actualēm, decisivum  
si velis, supra his non exceant. Expressio S. Thopae, "scien-  
tia universalis quae principia prima/consequityu, quae est  
certissima, non habet principalitatem in operatione, sed  
magis scientia particularis" ponit ipsum problema in toto  
suo significato et ambitu (4).

1) cfr I-II q. 94. A. 4. c.

2) cfr I-II q. 94. a. 4. c; ibid q. 91. a. 3. ad 3m

3) cfr I.Q. 79. a. 11. ad 1m; ibid. ad 3m

4) I-II q. 77. a. 2. c. 1m

77

Solutio problematis alia a S. Thoma inventa non fuit nisi "eo quod operationes sunt circa particularia" (1); solutio brevis et clara, multis rationibus suffulta firmissimis. Ut coetera omittam, ordo inversus progressus veritatis et boni, principii scilicet et operationis hanc solutionem emponit.

Nam veritas (verum) in adaequatione rei ad intellectum consistit, ita ut, quando res refertur intellectui, rationem veritatis habeat. Igitur verum, etsi fundetur in re, tamen ex eo quod cognoscitur ab intellectu, completam habet rationem veritatis in intellectu. S. Thomas habet verum esse in mente, unumquodque dici verum in quantum conformatum vel conformabile est intellectui. Bonum vero non est ex eo quod ab anima cognoscitur, sed quantum est aliquid extra animam, bonitatis rationem habet: : "secundum esse, quod habet in rerum natura est perfectivum bonum; bonum, enim in rebus est."

(2). Ex hac oppositio status boni et veri, datur ipse processus animae: Cognitio fit per progressum objecti ad subjectum mediante abstractione progressiva, assecutio autem boni per progressum subjecti ad objectum: "intellectiva secundum motum a rebus in animam, operatio autem appetitus e apprehensio est, secundum motum ab anima in res". (3) Igitur tanto minorem influxum, seu vim determinativam exercunt principia universalia in operationes, quanto haec singulariores et particulaires ad concretum accedant (4). Aliis verbis

1) I-II q. 77.a.2;c.

2) cfr De Verit. q. XXI, a.l. c. I q. 82, a.3.c.

3) III Sent. fist. 26, q.l. a.5. ad 5um

4) cfr I-II q.94.a.4.c.

vita concreta, operationes assecutionis boni regitur principiis particularibus, proximis et appropriatis(1).

"Motum ab anima in res"<sup>2</sup> S.Thomas dicit, nos diceremus processum. Cum ratio practica et ratio specultaiva non sint nisi una eademque agendi facultas sub diverso aspectu considerata (2), forma seu regula quae ambarum motum determinat, est jure identica. Porro tam in speculativis quam in operativis, prima principia ab intellectu immediate apprehenduntur et in contemplatione simplecis veritatis permaneant, quaeque non prodeunt in conclusiones particulares nisi per rationem, quia ad motus speciem pertinet a magis moto ad minus notum dicurrere(3); notum sane omnibus est, rationis discursum modo sillogistico (trilogico) definiri: majore, minore, et conclusione cum suis proprietatis: "Ratio in eleigendis et fugiendis quibusdam syllogismis utitur. In sillogismo autem duplex consideratio secundum tres propositiones, ex quarum duabus tertia concluditur; id contingit (in proposito), dum ratio in operandis ex universalibus principiis circa particularia iudicium assumit... Synderesis in sillogismo quasi majorem ministrat ... sed minorem ministrat ratio inferior vel superior"(4), ex quibus tertia concluditur in electione et conscientia. Objectum huius processus in operativis est moralitas, sicut in speculativis est veritas. Totius igitur

1) cfr II Sent. dist. 39, q.3.a.2.c.; ibid. dist. 24.q.2.a.4.c.

2) cfr I;q. 79,a.11;ibid.a.8,c.

3) cfr I.Q.79,a.8.c;ibid.a.12; De Verit. q.16 a.1.c;III Sent dist. 28;q.1.a.6.sol. S.Albertus . De intellectu et intellig. lib.1, tract.3.c.8.

4) II Sent. dist. 24.q.2.a.4.sol.

pocessus vis insita est in minore, momentum capitale et effectivum assumit conclusio, qua vita humana concreta constituitur moralis in suis elementis necessariis. Per hunc syllegismum in operativis, subjectum ex moralitate objectiva prouti est principiu<sup>m</sup> fundamentalis, primum et objectivum, fertur et transformatur in moralitatem subjectivam prouti est principio objectivo conformis vel conscientie conformatur actus particularis(1).

Exinde, in sensu supradicto, tota vita humana moralis et conscientia dependet a sorte conclusionis huius processus trlogici.Ut eius momentum percipiamus, juvat nos eius formationem ulterius et particularius indagare.

1) Major - Intra ambitum majoris duplex elementum, subjectivum scil, et objectivum, invenitur. Per elementum objectivum veniunt principia prima legis naturalis, de quibus supra fuse diximus. Ratio fundamentalis etiam ex rei objectivitate(rei natura) desumitur ex eo quod cum rationis progressus in executione boni expressa in operatione, dirigitur in valorem (in bonum) quemdam certum, non autem hypotheticum, incertum, vis et validitas sive rationis speculativae sive practicae tota dependent a validitate et et objectivitate principiorum , a quibus exordium assumpserit, ut quaelibet infirmitas principiorum infirmet et ipsas conclusiones , in quibus, rationes diversorum contingentium in particularibus, "virtus principiorum salvetur"(2).

S.Thomas, ut demonstraret rationem et necessitatem assumendi principia absolute et objective valida, quibus objectiva

1) I .q. 79.A.8.c

2) II Sent. dist. 39, q.3.a.2.ad 2m

validitas et certitudo conclusionum duductarum confirmantur adduxit analogiam ordinis naturalis et speculativi.(1).

Textus de se eloquenter loquitur:"Respondeo dicendum quod — sicut de motu rerum naturalium, quod omnis motus ab immobili movente procedit ut dicit Augustinus, VIII, Super Genesim cap.XXVI, col. 391 t. III, et Philosophus probat in Phys.a textibus 1.ad 9 et VIII;a text.21 ad 45 et om-ne dissimiliter — se habens ab uno eodemque modo se habente, ita etiam oportet — quod sit in processu rationis: cum enim ratio varietatem quandam habeat, et quodammodo mobilis sit, secundum quod principia in conclusiones deducit ...op-ortet quod omnis ratio ab aliqua cognitione procedat, quae uniformitatem et quietam quandam habeat: quod non fit per discursum investigationis , sed subito intellectui offertur"(2).Argumentum(vero) principaliter evolvitur et evolvi solum potest sub aspectu validitatis cognoscitivae, cum intra ambitum cognitionis continetur, ut subjectum quod procedit ex anima ad rem, ex universalibus ad particulares conclusiones, ab validitate et veritate objectiva primorum principiorum ad validitatem et certitudinem subjectivam perveniat.

Potentia, per quam prima principia immediate et subito intellectus offerunt, veritasque objectiva transformatur in certitudinem et evidenter subjectivam , a syndesi <sup>majore</sup> venit, quae elementum subjectivum constituit processus rationis

1) II Sent. dist. 24 a.2;a.3,sol: I-II q.94 a.2.c.ibid.a.4;c.

2) II Sent. dist. 24 q.2a.3.sol

practicæ. Momentum quod assumit syndersis in processu rationis practicæ est id quod in suo ordine intellectus: Habitus scil, primorum principiorum(1) "Sicut enim ratio in speculativis deducitur ab aliquibus principiis per se notis, quorum habitus intellectus dicitur, ita etiam oportet quod ratio practica ab aliquibus principiis per se notis deducat" (2). principia prima et fundamentalia moralitatis, "et horum quidem habitus est synderesis". Synderesis igitur, in stricto parallelismo et similitudine cum intellectu, munere fungitur originario et primario mentem dirigendi ad Veritates primarias moralitatis quae ementer analyticæ sunt, et cuicunque patent ex ipsa terminorum intelligentia(3).

Quod constitutione subjectivam synderesis respicit, aprioritas principiorum cognoscendorum secum fert aprioritatem habitus cognoscendi, cum primorum principiorum speculativorum habitus sit innatus synderesisque est "innatus quoddammodo menti nostræ et ipso lumine intellectus agentis, sicut et habitus primorum principiorum speculativorum"(4). Reservatio seu restrictione "quoddammodo" perfecte refertur ad quaestionem utrum habitus an potentia sit Synderesis. Synderesis subjective considerata "vel habitus tantum vel potentia saltem substitutam habitus sicut nobis innato" nominat(5). Innatitas vero potentiae est naturalis, innatitas vero habitus non nisi secundum quandam inchoationem seu secundum quoddam principium naturale.

1) Duximus non esse necesse indagare diversas definitiones, cum eam accipiamus uti habitus generaliter dictantem bonum faciendum malum esse vitandum etc.

2) II Sent. dist. 24 q.2 a.3 sol

3) II Sent. dist. 24 q.2.a.3.sol in fine, I q. 79a.12 c.  
De Verit. q.16 a.1.c.

4) II Sent dist.24 q.2.A;3;sol.

5)II Sent.dist.24 q.2.a.3

sol in fine.

Ex quo datur ratio cognitionis, in qua experientia elementaris et aprioritas simul imponuntur. Etenim innatus in eo sensu praecipue intelligendus est quo habitus respectu luminis directivi, non autem respectu speciei cognoscibilis; seu innatus sub respectu relationis, quae a priori imponitur non autem respectu terminorum (speciem impressam), quae experientiae sunt: ut antea animadversi sumus: Haec est natura generalis judiciorum analyticorum universalium.


Aprioritas principiorum legis naturalis et innatitas habitus nos inducit ad considerandam relationem quae intrinsece intercedit inter utrumque/ Coordinatio aprioristica utriusque irreducibilitati non praejudicat. Nam principia prima coordinantur habitui non ut compexus superadditus aut insitus, unde quodammodo valor objectivus principiorum praeclitebitur sed sicut objecta circa quae synderesis versatur, ut virtus conclusiva primorum principiorum in conclusionibus vim objectivam conservat independenter ab conscientia quae est virtus synderesis. S. Thomas ita intelligere debemus: "Universalia juris non inscribuntur synderesi quasi habitus potentiae, sed magis quasi collecta in habitu inscribuntur ipsi habitui, sicut principia geometricalia geometriae inscribuntur"(1). Eorum coordinatio a priori praebet adhuc alium aspectum considerationis. Veritas enim synderesis, ex eo quod non sit potentia, quae indifferenter ad contrarium

1) II Sent. dis\_t. 24 q.2.a.3.ad 3m.

(ad cognitionem et ignorantiam erroremque) possit trahi,  
 non tantum evincitur ex validitate objectiva principiorum — /  
 ad quae natura sua ordinatur, sed etiam ex sua natura intima,  
 ex hac relatione determinata ut contrarii omnem possibilitatem  
 excludat, "nam habitus virtutis nullum utitur male, et  
 habitus malitia nullus bene"(1); "Intellectus est quod  
 consideremus, sicut etiam, quae bene consideramus"(2). Major —  
 ut dicit S. Thomas, in syllogismo hoc plenum valorem subjec-  
 tivo-objectivam obtinet eo momento quo ipsa relatio perfic-  
 citur et in actum reducitur seu "consideratio (majoris)  
 est actus synderesis". Reductio autem ad considerationem  
 actualem conditionatur experientia in suo sensu generico,  
 cum "ad determinationem cognitionis eorum (primorum princi-  
 piorum)sensu et memoriam indigemus "(3).

Quae hucusque diximus, constituant totum complexum —  
 majoris sic dicti syllogismi rationis practicae. —  
 Claritatis causa modo schematico graphicco describere nobis  
 licet:

Major



Cui patet majorem assumere illud momentum determinandi  
 possibilitatem totius processus syllogismi operativi.

1) III Q.63.a.2.sed contra

2) Iv Sent, dist. 4.g.1.a.1.sol

3) II Sent. Dist. 24.q.2; A; 3; sol in fine

Valorem habet uti rationi humanae naturalem et innatam  
 illamque vim conclusivam unde quaque perfectam tam subjective —  
 quam objective secum fert, ut omnis actus, omnis operatio,  
 dum subjectum actionis et operationis sit capax, necessario  
 illum supponat et in eo fugietur et in eius ambitu moveatur. —

2) Minor — Ratio in vita sua discursiva, ex sua natura  
 intrinseca, et vitae humanae rationalis exigentis ab uni-  
 versali profitit in concretum. Major in discursivo operativo, —  
 consideratus in sensu proprio, universali et abstracto, praebet  
 tantum fundamentum objectivum universale, quo actus moralis  
 possibilis sit, i.e. principium sine quo actus moralis  
consistere nequit nec concipitur: aliis verbis, constituit  
 ambitum in quo ratio movetur et regum necessariam quae  
 operatur necessario, etsi actu, nec invocetur ne e consideratur,  
 sicut principium contractionis quo omnis propositio sit pos-  
 sibilis. Verum etiam vero, homo non cogitat solum sed agit;  
 nec agit in universalis, sed in concreto et in particulari:  
 imponuntur exinde "rationes magis appetitatae ad opus", Magnibus  
 quibus actiones in singularibus (1) effective dirigaantur.  
 Principium enim tanto minus efficaciter et determinate actionem  
 singularem dirigere potest quanto magis ad universalitatem  
 et abstractionem accedit: principium enim abstractum et  
 universalē ~~et~~ obtinet suam validitatem universalem  
 praeceps ex eo quod abstractum sit ab omnibus contingentibus, —  
 quae s Thomas circumstantiam singularem esse dicit; actio (opus)  
 vero, ut concrete data, positionem aperte opositam assumit  
 et proprie comonitur, iis, a quibus illa abstrahuntur. —

---

1) I-II q.76a.l.c.

Unde prima principis vim directivam non possunt exercere nisi ratio prodierit in conclusionem singularem syllogismi operativi(1) "Singulare autem propositio non concluditur ex universalis nisi mediante aliqua propositione singulari"(2) Haec propositio media vel rationes magis appropriate a S.Thoma vocata est minor syllogismi operativi vel simpliciter principium singulare(3) Hic minor, in doctrina S.Thomae assumit momentum cardinis in quo vita humana practica moralis <sup>et conscientia</sup> ~~et esse~~ jugiter vertitur.

Momentum et functio quam sasumere debet minor, determinat eius constitutionem subjectivam et relationem. Minor amplectitur in evolutione potentiali totum processum sylligismi operativi, nam ex una parte ducet(4) vim conclusivam primorum principiorum, ex altera vero praebet possibilitatem actus singulareis, Hanc vastam minoris comprehensionem S Thomas exprimit in verbo "Habitus rationis"(4) Siquidem ratio synthesim operatur universalis et concreti, per quam considerari potest tam relate ad principia prima universalia quam ad actiones singulares(5). Quarpotem, per habitum, juxta S.Thomam relationem venire credimus qua ratio distinguitur superior vel inferior "quae habent actus respectu diversorum"(6).

1) cfr. I-II q.76.a.1,c.

2) ibid.

3) II-II q. 94;a.2. c. et ad iam;II Sent.dist.24 q.11 a. 4;sol.

~~4)~~ Praesentem teneat distinctionem inter intellectum et rationem. <sup>Y. 24. f. 2 a. 4 c.</sup>

5) II Sent dist. 24;a.6. ad ium "ratio superior, prout contra inferiorem speculativam et practicam quasi ad diversa objecta respiciant, de quibus fiat ratiocinatio: sed magis distinguntur secundum media, unde ratiocinatio sumitur"

~~6)~~ ~~ibid. confer notam pag. praeecedentis~~

6) ibid. ut in nota 5)

Minor igitur constituitur ratione inferiori et superiori.

~~minimū continuum maximum utriusque determinatur praeceps rationis et necessarium, aeternum et absolutum et concretum singulare et contingens functione inter universale et mutua relatione objectiva~~

ordinis rerum, ~~Re~~ quidem vera "ratio superior dicitur prouti perficitur dono sapientiae (1) i.e. metaphyscis (i.e. principiis metaphysicis absolutis et universalibus) perficitur" (1); exit tamen limites rationis specultaivae considerando non solum principia metaphysica in se sed etiam proti sunt "regula temporalium per nos disponendorum et agendorum" (2). Aut brevius, dicitur ratio superior prout intelligit et dijudicat secundum principia aeterna et immutabilia. Ratio vero inferior dicitur "prouti dono scientiae" perficitar (3) "tendens ex notionibus rerum temporalium (4); ratio scilicet inferior res intelligit et dijudicat secundum principia quae ex contemplatione rerum existentium sibi efformat.

Patet inde respectum dierum esse. In verbis S. Thomas ratio superior ad conclusiones in via judicii, ratio inferior in via inventionis (5). Utique vero in eo convenit quod assumit principium sive ab aeternis sive ab temporalibus in sensu idenitico normativo; S. Thomas dicit haec principia media esse unde raticinatio sumitur, eisque sive aeternis sive temporalibus ratio superior aequa et inferior consultit. Verum enim vero, assumptio haec ab extremitatis oppositis prodit ad eamdem identicamque conclusionem: ne indagationem nostram

1) II Sent. dist. 24 q.2.A.2. sed contra

2) ibid. sol; De Verit. q.15 a.2.c.

3) II Sent. dist. 24 q.2 a.2.sol.

4) ibid.

5) I q. 79 a.9c.

anticipemus, nobis sufficit annuere hunc aspectum assumere momentum capitalissimum: nam omnibus nostris est viam judicii — methodum analyticam, viam inventionis, inductivam — dicere. Probabilitas item validitas conclusionis malorem perfecte diversum praesentat. Antequam ulteirus naturam intrincsecam minoris (ratio superior et inferior) indagamus, juvat nos paucis absolvere relationem utriusque rationis.

Ratio superior et inferior, diverso respectu habitus, — (3)A intimam relationem et contactum habent. Id imprimis exprimitur — in subordinatione utriusque, ut regulatum regulae, mensuratum mensurae etc. ex respectu relationis ad ea quae ratio considerat; " in rebus (autem) quas ratio considerat talis invenitur distinctio et ordo, ut quedam aeterna et necessaria a temporalibus discretis eis proponantur, unde et ratio ex hoc quendam gradum consequitur quod his vel aliis intendit. Sed — quia ita est in ordine rerum quod superius est directive inferioris et causa, inde est quod per aeterna in his quae temporalia sunt diriguntur, sicut id quod una modo se habet ex mensura eius quod multiforme est "(1).

Argumentum ultra progredi potest; Subordinatio non praecjudicat coordinationi. Relatio utriusque rationis ita intime connectitur ut utraqque sibi invicem fundementum praebeat cognitioni analytico-syntheticae et inductive-deductivae. Cognitionis etenim autem propreditate a singularibus ad universalia, quae est methodus inductiva et synthetica, aut deducitur ex universalibus ad singularia et concreta quae est methodus analytica. Igitur "haec duo, scilicet temporalia et aeterna compareantur ad cognitionem nostram hoc modo quod unum eorum

1) II Sent. dist.24 q.2.a.2. sec. c.

est medium ad cognoscendum alterum<sup>1)</sup>. Ratio inferior<sup>2)</sup>, per methodum syntheticam (secundum viam inventionis) penetrat usque ad intimam rationem aeternorum. Per methodum autem analyticam (in via judicii) ratio superior<sup>3)</sup> "per aeterna cognita de temporalibus judicat et secundum rationes aeternorum temporalia disponimus".(2).

Huc cum pervenimus, opportunum duximus ut naturam intrinsecam minoris sic dicti in syllogismo operativa parumper indagemus. Analysis extreme acuta et exulta in Verit. XV, a.3 c. definit potius utriusque rationis confinum et comprehensionem internam quin generalem et fundamentalem prospectum repraesentet. Conclusionem, in linea summa et schematica deduximus: consensum ad opera vel potius actus, qui ad finem ultimum pertinent, ex motivo superiori, pertinere ad apprehensionem rationalem, i.e. rationem superiorem; consensus in delectationem, consecutam ex judicio inferioris rationis pertinere ad apprehensionem sensitivam. E contrario, Verit. XV. a.2.c. ultra rationem et motivum distinctionis utriusque rationis, demonstrat naturam fundamentalalem et generalem. Ratio enim superior est immaterialis in seipsa; Ratio autem inferior<sup>4)</sup> est immaterialis prout est denudata e materia per actum intellectus agentis<sup>(3)</sup>. Consequentia capitalis est ut praeter rationem superiorem quae de se circa universalia versatur, ratio inferior non causat motum directe, "non concernendo scilicet intentiones particulares et materias concretas,

1) I q.79 a.9.c

2) Ibid

3) Verit. q.115 a.2. c.in fine

sicut sensualitas, sed magis universales et a materiae appendiciis separatas (abstractas, denudatas) "(1). Consequitur itaque rationem tam superiorem quam inferiorem in ambitu abstracto plus minusve in sue ordine contineri, inde validitas potest deduci diversa in principio efformando per quod ratio in conclusionem concretam, et singulararem prodiat.

Imprimis ~~elementum~~ <sup>enim</sup> elementum empiricum quod validitatem propositionis infiriare potest, diverse inventur in conclusione deducta ex diversis antecedentibus. Id indubie S. Thomas praevidit, saltem negative quatenus loquitur de majori vel minori possibilitate erroris, positive non liquet satis.

Sit exemplum S. Thome: "Synderesis hanc proponit: omne malum est vitandum" In minore agit aut ratio inferior/ aut superior:

<sup>aut</sup>  
<sup>superiori</sup>: "Adulterium est malum quia legi Dei prohibitum est"; aut inferior/ : "Adulterium est malum quia est in honestum" (2)


In parenthesi anticipamus conclusionem: "ergo hoc adulterium est vitandum". Motivum evidens est, Natura prioris est analytica, vim suam coclusivam attingit a "principiis necessariis et universalibus". Elementum autem empiricum limitatur in cognitione termini, qui potest esse conclusio plus minusve inductionis ex relatione<sup>E</sup>) conclusio imponitur ex ipsa relatione termini cum principiis necessariis (immediate, proxime). Natura vero posterioris, assumit principium; (S. Thomas dicit: consult) quod est perfecte empiricum<sup>et</sup> conclusio formata ex inductione quae vim non habent conclusivam necessariam nisi per aliquod principium universale et necessarium. Elementum empiricum pervadit in "adulterium est malum" praecluse ex eo quod pervaserit plene principium

1) II Sent. dist. 24 a.l. ad lum

2) ibid. mā

assumptum "quia est in honestum". Quapropter utrumque versatur aequaliter et identice in positione empirica; unde patet validitatem conclusionis dependere praecipue a principio assumpto in Minore. Valor suprirois rationis defluit, si sic loqui liceat, immediate ex principiis primis jam notis (major ut supra diximus). Principium assumptum ut relatio elementi (motus) ad lumen primorum principiorum accedit cum ratione limitata) empirici (adulterium) ad principium assumptum (quia lege Dei prohibitum) determinet eius resolutionem in principium absolute certum, totaliter prefectius et evidentius. Valor vero inferioris rationis defluit immediate ex principio empirico; relatio elementi (adulterium) empirici ad principium assumptum non solitur valorem absoltum ut a principio perfectiori et evidentiori (de se), etsi id tandem aliquando in principium absolutum sit resolvendum ut valor fundari possit.

Complexum minoris syllogismi operativi perficit ipsa actualis conseratio rationis ut relatio quae in potentia erat, in actum reduceretur in ratione considerante; exinde schema totius complexus minoris syllogismi operativi hoc modo praesentare possumus.



3) Conclusio- In syllogismo operativo, sicut in speculativis, positis majore et minore, ratio praedit in conclusionem particularem ut principia jam posita vim conclusivam exerceat valoremque actualem praebantur. Conclusio etenim, in operabilibus, sicut in speculativis, est corona et perfectio totius processus operati*o*i quae principia in universalis et abstracto posita in vitam concretam, particularem et conscientiam ducit, cum homo vivat non principiis generalibus, sed realitate et actibus concretis.

Abstracte et in se consideratus, in syllogismo tam operativo, quam speculativo, eadem logicitate regitur processus, ut, praemissis positis, conclusio deducatur necessaria. Quoniam vero, hoc est principium fundamentale doctrinae thomisticae, idea in processu logico ordinis speculativi, data sua natura absoluta et abstracta, universalitate et validitate necessaria (1), secum fert illam necessitatem objectivam ac principia communia, ut scilicet ex positis namque ideis conclusio necessaria deduci debeat. Contrarium autem accidit in operativis. Ratio fundamentalis et praecipua huius diversitatis in eo consistit quod idea est stricte abstracta ab elemento empirico, operatio autem praeccise elemento empirico constituitur. Itaque si idea, abstracta ab elementis empiricis, sortitur evidentiam in se et certitudinem ex ipsa logicitate in conclusione, patet jam operationem humanam, quae est fons libertatis, et consequenter dicitur contingentibus, non posse sortiri illam necessitatem, et ideo, si in principiis communibus sit aliqua necessitas, quanto

1) I-II q. 94 a. 4. c. in principio

ad propria descenditur, tanto magis ab hac necessitate discedit ut quodlibet elementum empiricum, circumstantia singularis juxta S.Thomam, sufficiat ad aliam conclusionem eliciendam. Argumentum longe lateque examinatum est a S.Thoma in I-II; q.94 a.4 c. Exinde igitur, conclusio "grosso modo" haberi potest ut judicium de particulari actu (concreto) (1) in determinatis circumstantiis strcite definitis constituto, seu, aliis verbis, conclusio syllogismi operativi, contra conclusionem ordinis speculativi, valde susceptibilis est gradus, et tanto maiorem necessitatem, rectitudinem et evidentiam habet quanto abstratior est ab elementis empiricis (2).

Data vasta comprehensione legis naturalis, juxta S.Thomam structura metaphysica hominis determinat vagam possibilitatem conclusionum, quae unitatem accipiunt in ratione et conscientia humana. Ad naturam vero intimam et constitutionem subjectivam conclusionis, nobis necesse est ut prius determinemus qualis esset relatio eius ad principia, nam constitutionem internam non habet nisi in relatione ad principia <sup>a</sup> quibus defluit. Forma syllogistica, quam processus operativus sequitur juxta S.Thomam (3) dicit tantum illum cursum sequendum in limramento summo intra quadratico movetur ut, quomodocumque per plura ratiocinia ad cognitiones (per plura stadia) perventum sit, semper dici potest forma trilogica. Scilicet, dari potest series ratiocinii plus minusve multiplicis, sed ut ad singulare perveniat, semper dici potest servata forma syllogistica supradicta. Inde huic non nocet celebris illa distinctio

1) I, q. 83 a.3 ad 2m

2) I-II a.94 a.4. c

3) II Sent. dist. 24 q.2 a.4 sol. c.

conclusionum proximarum et remotarum prouti deductae sunt a primis principiis necessario et proxime, vel remote, quarum relatio cum primis principiis non evidenter patet: nam conclusio proxima, quam S. Thomas dicit conclusionem principiorum communium, non exit ambitum propositionis universalis, a qua ratio procedit ad actum articularem, inde deducitur conclusio applicabilis actui concreto, quae dici potest conclusio remota. Distinctio haec praecise rationem repetit et fundatur in illa susceptibilitate, de qua supra diximus, gradus certitudinis et rectitudinis in quantum plus minusve accedat ad principia communia et in illa abstractione ab elementis empiricis actus particularis. Exemplum eloquens Decalogi id perfecte lucubrat: "nam illae sunt prima et communia continentur in eis (Decaloggis), sicut principia in conclusionibus proximis; illa vero quae per sapientes cognoscuntur, continentur in eis e converso sicut conclusiones in principiis"

(1) Item exemplum depositi reddendi(2).

Si igitur conclusio, accepta in sensu prouti actui particulari applicata, est terminus totius processus operativi, cui virtus principii universalis et abstracta immititur, evidens est quod elementum preeminenter in ea est actus particularis (concretum-contingens). Sub aspetto vero conclusionis consideratae in genere proxime scilicet remotae, concretum (experientia, actus particularis) assumit positionem perfecte diversam in conclusione proxima ac remota, nam synthetice et in linea summa conclusio est quidem applicatio principii

1) I-II q.100 a.3.c. in fine et ad lm; ibid, q.95 aa 5 et 6 c

2) Ibid. q. 94 q.4 c.

universalis ad experientiam concretam, vel pressius judicium  
de actu particulari(1). At in conclusionibus proximis relative  
ad constitutionem internam concreti; scilicet consideratur sub  
aspectu purae cognitionis, vis conclusiva primorum principiorum  
directe immititur in conclusiones, in quibus novum elementum  
concludendam versatur aequo in abstractione principii generalis  
quod efformatum est ex abstractione et ex sua natura intrinseca  
habet Valorem intrinsecum et universalem. In conclusiobus  
proximi igitur, concretum per operationem rationis, jam  
transformatum est in ideam etsi magis particularem et abstractam  
ab omnibus contingentibus et singulraibus circumstantiis.  
Conclusiones proximae sic intellectae factae sunt principia  
particularis conclusionum remotarum(2). Caeterum hanc ideam  
abundanter expressit S.Thomas in II-II q.49. a.2. ad lm.

Juvat igitur nos hic totum textum referre "quod ratio prudentialiae terminatur, sicut ad conclusionem viam, ad particolare operabile, ad quod applicat universalem cognitionem..."

Conclusio autem singularis sillogizatur ex singulari et  
universalis propositione. Unde oportet quod ratio prudentiae  
ex duplice intellectu porcedat. Quorum unus est qui est co-  
gnitivus universalium, quod pertinet ad intellectum,  
qui ponitur virtus intellectualis qua naturaliter nobis co-  
gnita sunt non solum universalia principia speculativa, sed  
etiam practica sicut nulli est malum faciendum... Alius  
autem intellectus est qui, ut dicitur, est cognitivus  
extremi, i.e. alicuius primi singularis, seu principii  
contingentis operabilis propositionis scilicet minoris, quam

1) De verit. q.17 a.6.c et ad lm; I q. 83 a.3; ad 2m ; II q.86  
a.1. ad 2m: I-II a.13 a.1. ad 2m ; ibid q.76 a.1.c; II-II  
q.47.a.3 c; I-II q.94 a.2.c; ibid ad 2m; ibid; a.3 c; ibid,  
a.5 ,c; ibid.q.100 a.1.c; ibid.a.11; ad lm; II Sent. dist 24  
a.4.ad 2m

2)II-II q.47.a.3.c. et ad 1m:2m:a 10b20t 1m:2m

**oportet esse singularem in syllogismo prudentiae..."**

Logica legis naturalis, seu motus rationis practicae  
 a principiis universalibus ad particularia, ut effectum seu  
 consequentias in moralitate humana habere possit, semper per-  
 duci debet ad actum singularem, operationem concretam, vel  
 opus singulare. Ut enim praeteramus principia universalia  
 prima, de quibus satis disseruimus, illae intentiones ~~dm~~ "magis  
 universales" et a materiae apendiciis separatee, remanerent  
 in ambitu purae cognitionis et in pura abstractione, cui si —  
 deficeret "hoc" quod applicaretur.

Quapropter in conclusionibus remotis positionem perfecte  
 diversam assumit et ut illud "hoc" prouti concrete datum est —  
 et compositum variis circumstantiis singularibus et contingentibus, —  
 et consequenter non potest habere illam necessitatem ideae  
 universalis et abstractae, et datur inde conclusionem remotam —  
 non habere certitudinem, rectitudinem conclusionum proximarum. q

Verum enim vero, longe abest ut elementum empiricum  
 actus particularis auferat totam necessitatem conclusionis.

Nam conclusio, ut infra dicemus, secundum S. Thomam, ut  
 terminus ratiocinii humani, semper est resolutio concreti  
 in principium generale,. Elementum empiricum(actus particularis) —  
 nullimode subrahitur logicae, de quo judicium nullum fit nisi  
 per relationem ad principium universale. Etsi igitur concretum  
 de se non ferat necessitatem, tamen eam sortitur in quantum  
 haec dicit relationem ad illud. Necessitas qualis in conclusione  
 inveniri potest, unice repetitur ab elemento formalis principiorum  
 universalium, dum elementum empiricum praestat materiam forma- —  
 tionis conclusionis. Et ideo ipsa vis logica principiorum

positorum, in quorum ambitu continetur experientia concreta,  
ita imponitur ut aliter excogitari non possit nisi interve-  
niat cuasa extranea sive a principiis sive ab ipso concreto  
determinato.

Principia prima per actum synderesis, principia magis  
appropriata per relationem ad principia primam nota sunt  
actu. Si valor objectivus primorum principiorum ex se et  
necessario immittitur conclusioni, ita et synderesis paral-  
lele cum primis principiis vim exercet in realizatione  
~~actuali~~ conclusionis. Realisatio actualis a S. Thoma vocatur  
conscientiae consideratio(1). Conclusio a ratione elicetur;  
sed contentum proprie residet in convenientia aut opposi-  
tione principii universalis cum illo "hoc", id est cum  
experientia concreta et exposita ab oculis rationis. Nam  
conclusio remota, quia hic agimus de applicatione ad actum  
particularem, separata ab illo "hoc", actu scilicet parti-  
culari, nec concipitur nec elicetur; conscientia igitur  
constituit ultimam et definitivam synthesis experientiae  
~~(actus particularis) et principii universalis, et S. Thomas ejus instituit~~  
analogiam dicendo: "conscientia, quasi cum aliis scientia"(2).

Conclusionis igitur consideratio elicita est consideratio  
conscientiae: actualis applicatio universalis ad concretum(3).

Porro denominatio conclusionis multiplex est apud

S. Thomam: aut conscientia simpliciter (4) aut judicium(5)  
~~aut electio~~(6).

Diversitas haec denominationis resolvitur in consideratione  
particularis actus (experientiae): nam particularis actus,  
ut experientia concreta, dari potest vel uti factum, vel

1) II Sent. dist. 24 q. 2, a. 4, c.

2) Ibid.

3) Ibid .cfr Verit. q.17 a.1. ad 4m "conscientia est actus"

4) Verit.q.17;a.2.c;I-II/q.76.a.1.c;II Sent.dist.24.q.24;a.4 ad 2.

5) I.q.83 a.3 ad 2m

6) I.q.80. a.1. ad 2m; I-II. q.76 a.1. ad 2m; II sent. dist. 24 q. 2. a. 4 ad 2m

uti praesens, vel uti faciendum(1). Igitur, sive conscientia /  
 sive judicium, sive electio etsi generaliter in complexu  
 ad conclusionem operativam pertinent, <sup>m</sup>tamen, per respectum —  
 ad diversam experientiam sciendunt co<sup>m</sup>clusionem in duas —  
 partes sibi consequentes, partem scilicet cognitivam et  
 partem affectivam.(2) Secundum S.Thomam distinctio inter  
 judicium et electionem est clarissima: item et inter consci-  
 entiam: "nam conclusio syllogismi, quae fit in operabilibus  
 ad rationem pertinet, et dicitur sententia vel judicium,  
 quam sequitur electio", "et ab hoc ipsa conclusio pertinere  
 videtur ad electionem tanquam ad consequens"(3); aliis verbis:  
 conclusio ad electionem pertinet tanquam ad id quod ex  
 conclusione judicii sequitur; igitur judicium respicit illum  
 cursum rationis quae totam logicam legis naturalis ad finem  
 perducit, dum electio, uti conclusio affectiva supponit  
 principium aliud supeveniens, cuius tractatus nostrum thema —  
 jam superat. Conscientia vero et judicium vel sententia  
 idem veniunt(4) quae indifferenter respiciunt (judicant)  
 totam experientiam concretam et possibilem, uti cognitioni / ?  
~~huiusmodi normae~~ datur vel dari potest(5): aliis verbis conscientia  
 comprehendit, judicat totalitatem experientiae humanae, eique —  
~~dicta~~<sup>ti</sup> regulam normativam inde valorem moralem actu  
 sortiatur: quapropter ad electionem eudem respectum habet —  
 ac judicium: conscientia enim semper est in pura cognitione —  
 et intra limites cognitionis persistit(6).

1) II Sent. dist.24 q.2.a.4.c;

2) Ibid. ad 2m

3) ibid. et I-II q.13 a.1 ad 4m

4) II Sent. dist? 24 q.2.a.4.ad 2m

5) Verit. q.17 a.1 ad 4m; bid. a.2;c;II Sent dist 24,q.2 a.4.  
 ad 2mm"sed judicium, est in particulari tamen intra  
 limites cognitionis persistens, et pertinet ad conscientiam"

6) ibid.

Naturaliter ex iis quae*miximus*, intra ambitum conclusionis — (remotae) liquet comprehendendi vim conclusivam principiorum, vim synderesis in conscientia, constationem facti concreti (actus particularis). Electio, etsi uti conclusio a S. Thoma haheatur, exulat tamen ab ambitu logico (cognitivo), et ordinatur in ordinem affectivum qui suum principium et processum proprium sequitur. Vis principiorum conclusiva et actus particularis (seu factum concretum) haberi possunt uti elementa objectiva, conscientia vero ut vis synderesis, uti actus conclusionis, considerari potest uti elementum subjectivum. Haec est consideratio conclusionis suis elementis constitutis analytice; si vero spectetur in sua natura intrinseca et proprio sensu complexive, conclusio nihil aliud est quam resolutio facti (actus particularis) quod jam transformatum est in comprehensionem (ex regula logica) ideae abstractae, in relatione ad supra principia legis naturalis. Haec est enim necessitas et ueror processus rationis humanae: Necessitas principii imponitur et confirmat, particulare comprobatur, ut tandem aliquando omnis conclusio rati<sup>on</sup>is humani suam rationem repeteret debeat a supremis principiis: "quia motus semper ab immobili procedit, ad aliquid quidem terminatur, unde est quod ratiocinatio humana secundum viam inquisitionis vel inventionis procedit a quibusdam simpliciter intellectis quae sunt prima principia; et rursus in via judicij resolvendo redit ad prima principia ad quae invents expainat" (1), et ratio profecta a supremis principiis, concretis dibata resolvendo redit unde profecta est. Ex hoc duo consequuntur:

(1) I, 9.79. a.8.c.

1º Génus est punctum centrale in quo se tangunt principium universale et concretum (actus particularis), id est synthesis principiorum universalium legis naturalis et facti concreti.

2º Vis normativa primorum principiorum effectiva et realiter exercetur in concretum (in actum particularem).

Id fertasse eo natabilis est quod conclusio assumit capitale momentum efficendi rationem seu potius finem totius processus practici, nam motus ratione finis fit: nam vita humana, concretis componitur, principiis dirigatur. Itaque prima principia legis naturalis fundat possibilitatem, dum conclusio finem processus practici. Quinmo ex textu S.Thomae modo citato et consequentias duplicibus inde deductis, omnibus plane patet omni actum particularum valorem unice sortiri ab principiis supremis in quantum ad ea relationem dicit et ab iisdem informatur.

Haec sunt quae de conclusione syllogismi operativi dicere potuimus: Lector autem sane non fugit, et nos admonere non emittimus, argumentum nostrum magis verbi supra conclusiones remotas: ex iisdem enim deduci tantum possunt consequentiae ultimae principiorum communium.

+++++  
+++++  
+++++  
+++++

Logica legis naturalis se movet a principiis primis determinatur conclusione ad actus particulares, dictam normas concretas et particulares vita humanae moralis et consciae, ut haec effective et realiter ad normam supremam dirigatur. Supervananeum est adhuc inculcare in omnibus et singulis actibus

similem processus totaliter in ratione item perfici, nam, —  
 supremum principium quo actus moralis fiat possibilis, agit —  
 in rationem, universale et abstractum, ut in evolutione actus —  
 humani nec animadvertisatur. Et ex altera parte, praecipue  
 judicium de actu concreto, particulari, fit et evolvitur  
 sub specie ideae abstractae: etenim sufficiat nobis citare —  
 exemplum) S.Thomae: "Hoc adulterium est vitandum", actus  
 particularis (aut factum concretum) jam subordinatur catego-  
 riae ideae abstractae, constitutae in suis elementis univer-  
 salibus et essentialibus, et haec idea abstracta in antecessu  
 format/est ex diversis relationibus et illationibus. Concretum, —  
 quod relationem habeat ad normam principiorum, huic ideae  
 abstractae innititur, et haec, cum sit universalis, immedi-  
 ationem relationem habet cum primis principiis; igitur, evo-  
 lutio syllogismi operativi, i.e. logica legis naturalis prae-  
 cipue et substantialiter movetur et explicatur per vim  
concreti (actus particularis) super fundamento principiorum  
 universalium(1). Spiritus generalis doctrinae Thomisticae —  
 nos hoc docet, nosque dispensat ab ulteriori citatione  
 textuum.

---

1) cfr. I, q. 117, a. 1, c in medio.

art. 2 De Cognoscibilitate Conclusionum legis naturalis  
apud S.Thomam.

Logica legis naturalis sese explicat per vim concreti versus finem determinatum, judicium scilicet de actu particulari. Hoc judicium de singulari, ex logicitate principiorum jam positorum, jure deduci debet. In praecedenti articulo longe lateque disseruimus de elementis constitutivis singulorum membrorum hujus syllogismi, eorumque valorem intrinsecum praecipue cum eo fine ut pressius determinare possimus quomodo ad conclusionis cognitionem pervenire valeamus. Primo quidem aspectu, problema videtur solutum esse, cum, ex una parte, possilitas iudicii, vel iudicium effectivum, realiter de se, importet possibilitatem aut effectivam cognitionem ipsius conclusionis, nam cognitio per iudicium completur et perficitur (1); ex altera vero, quaestio potius solvenda videtur, ut scalent auctores, a parte negativa, ignorantiae scilicet et erroris; sed si paule profundius consideremus, quaestio duplē aspectum praesentat: nam ea, de quibus disseruimus, spectant primarie et fundamentaliter ad elementa essentialia, quoniam evolutionem internam principiorum communium ad conclusionem eliciendam: aliis verbis quaestio est de processu methodico quomodo objective principia communia ad conclusionem evolvantur. Disserimus vero nunc quomodo conclusio in suis elementis constituta valeat ex evidentia objectiva primorum principiorum producere evidentiam in subiecto cognoscente. Perspicuum est S.Thomam hanc distinctionem non stricte tenuisse, cum res potius pertineat ad rationem cognitionis in generali quam essentiam legis naturalis. Id perro non impedit quominus S.Thomam elementa essentialia nobis demonstraverit quibus nos possimus rem plane distinete

1) III-II q. 172 a. 2. c.

considerare; et ideo credimus melius fore ut quaestionem separativim considerare. Caeterum, quod est notandum, etsi quaestio sit clare distincta, non est tamen separata, et quinimo nos videmus duplicem quaestionem intime ita collegari ut solutio prioris fiat fundamentum posterioris. Quantum vero ad aspectum negativum ignorantiae et erroris pertinet, juvat non admonere quaestionem jam esse solutam respectu positivo considerato. Igitur ignorantia <sup>vel</sup> et error haberi tantum potest — ut coheresio, considerata a parte negativa.

Problema Cognoscibilitatis conclusionum legis naturalis cum praecisione sic proponi potest: Quomodo pronuntiari potest — judicium rectum ex principiis communibus legis naturalibus de actu particulari? vel fatus, data validitate logica primorum principiorum praesentibus omnibus elementis ad conclusionem objectivam eliciendam, quomodo realiter talem conclusionem pronunciare possumus? Evidens est problema multiplicem aspectum induere: sub aspectu generali, relative ad habitum cognitio- nis in subiecto, in eo praecipue identitas invenitur, quod, sicut in speculativis, quorum principia cognoscuntur per alium habitum naturalem ac conclusiones quae cognoscuntur per scientiam, i.e. per rationem discursivam, illa vero per intellectum, ita et in operativis<sup>(1)</sup>. Igitur primorum principiorum cognoscibilias immediate intellectui offertur, uti supra diximus et heic non disserimus; conclusiones vero non sunt cognoscibiles nisi per discursum rationis. Reversa quidem cognoscibilitas immediata primorum principiorum, si hic resumere permittimur, ea quae diximus supra, multiplicibus rationibus fundatur, praesertim quod objectum apprehensionis rationis practice est quid universalissimum est quod de

<sup>(1)</sup> II-II, q. 47 a. 6. c. et q. 49. a. 2 ad 1m.

se primum objectum intellectus est; quinime hoc universalissimum est bonum, quod rationem finis habet, quodque ita rationi humanae immanens est ut constituat rationem intrinsecam (inclinationem) cuiuslibet conceptus actionis, sub triplici ordine substantiae, animalis, rationalis(2) Inde tam termini quia de se noti sunt, quam relatio, coefficient evidentiam immediatam primorum principiorum practiceae rationis.

Quod vero ad cognoscibilitatem conclusionum attinet, —  
examen  
longius requiritur. Imprimis etenim physiognomia structuralis conclusionum tam proximarum quam remotarum requirit considerationem diversam: nam, ut supra fuse notatum est, conclusio proxima, in ambitu principii abstracti versatur, in certa quadam categoria ideas abstractae ab elementis singularibus conclusio vero remota, prout concreta cum elementis singularibus jam maxime contingens est.

Ad cognoscibilitatem igitur harum conclusionum processus determinandam juvat nos singula elementa, prouti nos in art. praecedenti determinavimus, accuratius examinare. Si consideremus conclusiones proximas, statim in luce projecti eas majorem possibilitatem cognitionis habere. Hoc enim sub dupli*c*i aspectu consideratur: extrinseco scilicet et intrinseco. *Cord. p.*  
Ad  
Respectu extrinseco S. Thomas nihil aut prorsus nihil positive examinavit; S. Thomas saepe lequitur de circumstantiis singularibus contingentibus, potius quidem in ordine ad extensam rationem erroris et ignorantiae quam ad cognoscibilitatem legis naturalis. Sed prae mente tenere debemus S. Thomam potius reddere rationem intrinsecam totius processus cognitionis legis naturalis et eiudsdem validitatis; quapropter rationes extrinsecas, quae vide ~~num~~ concurrere possunt ad cognitionem

legis naturae, aut penitus praetermissime. Nos autem hodie consueti sumus saepe recurrere ad rationes extrinsecas ad determinandum id quod sola ratione intrinseca potest determinari.

Revera quidem, conclusiones proximae vel uti dicitur praecepta secundaria, non solum obvio discursu a primis principiis deducuntur sub aspectu puro logico, sed sunt magis regulae quae tangunt fundamenta essentialia humanae vitae tam socialis quam individualis; sufficiat in memoriam revocare praecepta decalogi. Si vero vita tam socialis quam individualis evolvitur relatione, conceptus legis naturalis praeceps parallela, ratione dictante, in lucem traducitur. Comprehensio etenim conclusionum proximarum, si simplicem analysim earumdem instituamus, obvio percipietur constitui illis relationibus originariis et primariis sine quibus vita humana aut existentia nec concipi potest. Si igitur, cum cognitio fieri non potest nisi per conceptum plus minusve abstractum et universalem, haec relationes quasi necessariae sunt, determinatio ad cognitionem termini (formatio conceptus) earumdem relationum sortem sequitur: ym, ratio, etsi suam intrinsecam regulam et logicitatem primorum principiorum habeat, evolvitur secundum possibiliteratem experientiae; si possibilitas urgenter et major extet, possibilitas conceptus efformandi major invenitur. Ceterum, si praeescindamus ab hoc aspectu abstracto et statico, namque consideremus sub aspectu dynamico et historico, in luce clausus apparebit: longe abest ut adhuc questionem inutinem de possibilitate cognitionis apud primum hominem inculcemus, nisi mortuos converti pretendamus, illae experientiae tam faciles quam necessariae, cum fundamenta vitae tangant, semel habitae aut repetitae, cognitae et in-

conceptum transformatae, constituere cooperunt thesurum cognitionis hamanae traditionis, quae nobis immittunt quasi quandam "formam mentis" cogitadi. Eo igitur quo relatio profundius tangat fundamenta individui et societatis, conceptus legis naturalis promptius in lucem prodit sicut prima praecepta quoniam fundant possibilitatem actionis humanae, sunt naturaliter nota. Quapropter, praecepta secundaria seu conclusiones proxime legis naturalis, si considerantur extrinsecce, cognoscuntur in relatione proportionata cum evolutione relationum individui et societatis. Consequitur nos hodie multo majorem possibilitatem cognoscendi praecepta naturalia huius generis possidere, cum ex una parte relationes humanae frequentes favent ad conceptus formandos, ex aliter vero ~~ex~~ accipere possumus ex variis fontibus positivis.

Quod ad conclusiones remotas pertinet, minor cognoscibilitas habetur, utique sub hoc aspectu. Regulae etenim huiusmodi non sunt ita universales et evidentes ut fundamenta societatis et individui directe tangant ratione prodiat in conclusionem per complicatas et multiplices, item et incertas relationes particulares, quae saepe non concurrunt ad conceptum efformandum, item cum fugiunt.

Rationes supradictae, relative ad conclusionum cognoscibilitatem sub aspectu psychologico, tantam efficaciam exercent ut nos in societate constituti nec aliter excogitare possemus, quasi unicae hac ratione agere videamus. Etenim praeter illam inclinationem nobis innatam ad faciendum id quod est rectum et bonum, jam illos conceptus universales, ad vitam essentiales, efformavimus ex diversis relationibus (quia cognoscuntur ut termini) priusquam ad actionem adhuc prædire possemus, ut has conclusiones ex generali cognitiōne empirica et fontibus positivis, quam ex rationibus abstractis et principiis per se notis deducere credamus. Haud inde mirum

est dari in his conclusionibus maxime minoremve possibili-  
tatem cognitionis in diversis personis et diversis temporibus  
et locis, cum majore et minore firmitate et ~~limitate~~.

Quod ad rationem intrinsecam cognoscibilitatis conclusi-  
onum spectat, imprimis demonstrare debemus ex elementis ipsius  
constitutivis conclusionum. Methodus procedendi S. Thomas in  
hoc praevallet, semper tamen sub aspectu negativo ignorantiae  
vel erroris. Conclusio uti judicium quoddam concipitur, —  
tumque foret ut solveretur in elementa essentiaia ut deinde  
eorum validitas ad cognitionem consederetur. S. Thomas circa  
quaestionem cuiuslibet cognoscibilitatis hanc methodum secutus  
est. Cognoscibilitas cuiuscumque propositionis necessario  
pendet a cognoscibilitate eius terminorum; itemque quaelibet  
propositio, objective sumpta, dum vera sit, cognoscibilitatem  
objectivam seu evidentiam secum fert. Itaque quaestio semper  
vertitur supra illud "notum quad nos" Celebris est duplex  
distinctio propositionis notae. Propositio per <sup>se</sup>nota dicitur,  
cuius praedicatum in ipsa subjecti ratione includitur; imprimis  
propositio est nota per se et quoad nos, cum si medio non  
indigeat unde a nobis praedicatum subjecto inesse cognoscantur;  
propositiones deinde quae sunt notae per se, non tamen semper  
quoad nos, sed quoad illos penitus, qui propositionis terminos  
cognoverint(1). Tam in conclusionibus proximi quam in remotis  
termini sunt prima principia et factum particulare, deinde  
ipsorum relatio. Conclusiones certo exsulant ab ambitu prioris  
propositionis quae prius principiis solum competit, quod  
ex lunga lataque disputacione S. Thomas plane patet; Prima  
principia per actum sunderesis jam acta cognita sunt,

1) I q. 2,a. 7,c.; I-II q. 94a.2.c.

informant omnem actum humanum. Vis vero principiorum conclusiva agit secundum logicitatem internam et evidentiam objectivam subjectivam ut relatio inter principia et elementum empiricum rationabiliter, et si non necessarie, saltem si ratio logice rationcinatur, in actum reduci debeat. Elementum dicitur empiricum determinat majorem partem possibilitatis et item limites cognoscibilitatis. Porro elementum empiricum in duplice coniunctione positionem perfecte diversam assumpsit. In coniunctione enim proxima, elementum transformatum est in ideam abstractam, separatam ab omnibus singularibus et contingentibus et praesentatur sun specie universalitatis, dum inconclusio remota, propositio non solum est mediata multiplicibus non evidenteribus relationibus sed etiam ipsum elementum empiricum, ut concretum cum omnibus circumstantiis et contingentiis, relationem non potest habere cum primis principiis nisi prius comparationem dixerit cum idea abstracta jam ex experientiis elaborata. Igitur conclusio proxima et remota, sub hoc aspectu generali, habent jam diversum gradum cognoscibilitatis. Coeterum, maxime attendendum est ad spiritum processus thesmisticus. Omnia quidem dicuntur nota quia nota sunt nobis, tamen secundum dupliem viam analytico-inductivam; alia enim sunt nobis nota secundum ordinem naturae, ex causa ad effectum cognoscendum procedamus: alia vero nobis nota sunt secundum ordinem inversum naturae ex effectibus ad causam. Igitur si coniunctiones in relatione ad principia ~~logica~~ ut effectus ad causam, ut particula ad universale, cognitio conclusianis est secundum ordinem naturae. Cum autem conclusio sit judicium quod non fiet nisi sub ratione universalis, elementum empiricum praesentatur ~~ut~~ ab idea abstracta i mediatus quam concretum ut singulare relationem dicere potest ad principium cognitum: *sc*

nam sensus est singularium, intellectus est universalium.  
 Quapropter ex natura elementi empiricijam abstracti sub specie conceptus, conclusio proxima maiorem cognoscibilitatem habet quam conclusio remota, quae primum debet ordinare factum cum suis contingentibus ut judicetur ordinandum sub categoria conceptus abstracti unde dicat relationem ad prima principia sub comparatione idearum constitutae in suis elementis essenti-alibus. Hinc inde jam prospicere possumus limites cognoscibilitatis legis naturalis in suis conclusionibus: ea enim principaliter dependet a possibiliitate formationis conceptus, qui referri potest ad supremum principium, Factum vero, quod concretum prius est cognoscibile nobis quam idea abstracta, quae formata est ex experientia, argumentum vitiare non potest: factum enim uti psychologice datum, assumit tantum sensum experientiae (apprehensio), non autem valoris (judicium): conclusio vero uti judicium versatur proprio circa valorem (abstractam=essentiam) facti, quapropter quod versatur magis circa valorem, magis est cognoscibile i.e. magis abstractum est magis cognoscibile.

In conclusione ex his quae diximus, probatum est conclusiones legis naturalis in diverso gradu cognosci posse tam ex ratione extrinseca quam ex ratione intrinseca: ceterum, realiter eas cognoscimus, ergo cognoscibles sunt: nam ab esse ad posse valet illatio/

+++++

Aspectu positivo considerato, ad aspectum negativum transeamus. Theologi quaestionem unanimiter sub hoc aspectu tractarunt, i.e. de ignorantia et errore. Celebris est triplex

cognitionis limitatio: nescientia, ignorantia et error.

Sufficit haec mentis S.Thomae in memoriam revocare: "nescientia dicit simpliciter scientiae negationem, unde quicunque desit aliquarum rerum scientia, potest dici nescire illas...; ignorantia vero importat scientiae privationem, dum scilicet alicui deest scientia eorum, quae ~~est~~ natura est scire"(1). — Exinde "ignorantia de sui ratione non importat aliquem cognitionis actum"(2) Per errorum vero ratio prodit in judicium veritati contrarium, i.e. "error ponit judicium rationis perversum de aliis"(3). Error praeterea praeter actum punitivum supponit ignorantiam uti causam: "homines non decipiuntur nisi circa ea quae ignorantia"(4). Cum vero lex naturalis tota sit interior, et etenim pateat cum in actum prodeat, utriusque igitur ignorantiae scilicet et erroris, in relatione ad responsabilitatem moralem, voluntarium scilicet, eadem est ratio, et S.Thomas indifferenter utitur(5) Et nos, de responsabilitate morali consecuta ex ignorantia vel errore sermonem sponge excludimus, cum majorem extensionem habeat, ut thema nostrum eam exhaustire possit, eam tamen ut terminum ob oculis

---

1) I-II q.76 a.2.c; de Malo, q.3 a.7 c; II Sent. dist. 22 q.2 a 1, c.

2) IV Sent. dist. 30 q.1. a.1. ad 1m

3) Ibid. ad 1m: de Malo q.3. a.7. c.

4) In Metaphys. lib IV, lect. 6

5) I-II q. 77<sup>m</sup> a.2. c; II Sent. dist. 39 q.3.a.1 ad 4m  
De Verit. q.16 a.3.ad 1m

nostris preponimus et in eius ordinem vel prospectum diserimus.

Quaestio circa cognoscibilitatem legis naturalis in suis conclusionibus, ut omnibus patet, non refertur ad ignorantiam communem et simpliciter sumptam; quaestio principaliter vertitur supra impossibilitatem cognitionis, utique quoad nos, aliis verbis, supra ignorantia invincibili. Quaestio capitalissima relate ad responsabilitatem moralem, a nobis solvitur nonnisi in ordine ad comprehendendam legis naturalis cognoscibilitatem. Lectori admodum notum est secundum S. Thomam, ignorantiam tripliciter desumi, sive scilicet subjective in cognoscente, sive objectibe in objecto cognoscendo, sive realitate ad actum elicendum(1). Ignorantia invincibilis inducit refertur ad partem subjectivam, cui subest possibilitas cognoscendi ea ad quaestenetur. Si a parte objectiva consideratur, ignorantia invincibilis constituit obstaculum complexum que non est in potestate nostra repellere(2). Igitur ignorantia invincibilis non superatur marte nostra, nec in potestate nostra est.

Porro definitio S. Thomas rationem impossibilitatis reddidit: "ignorantia invincibilis dicitur, quia studio superari non potest"(3). Potestas nostra, possilitas, quae in nobis est, item responsabilitas exprimitur et residet in studio. "Studio" exhaustit totam conditionem et permittit perspicere elementa essentialia, quae impedire possunt cognitionem nostram. Studium, ut patet, consistit praecipue sive in investigando a fontibus positivis, sive in deducendo ex experientiis et cognitionibus jam habitis, sive in recte et accurate ratio-

1) II Sent. dist. 22, q. 2 a. 2 c; I-II q. 76 a. 1. c et 2, c.

2) I-II q. 76 a. 2 c; II Sent. dist. 22, q. 2 a. 2. C.

3) I-II, q. 76, a. 2. Concl.

cinando. Haec quidem, nisi credere mus hominem abstractum dari, ita inter se sunt connexa, ut unum sine alio non procederet, nec preficeret; eorumque studii si melius dicamus, communis terminus concursus est, ut in subjecto formatur conceptus unde cognitio erui positive possit. Si igitur conceptus ex studio non formatur particularium, inde relationem dicere possit ad prima principia, cognitio dari nequit, deficiente prima et fundamentali conditione. Omnes rationes extrinsecas, quae concurrunt ad conceptum faciliter efformandum, effectum non habent, nisi vim exercuerint in rationem ipsam; tamen eadem sunt rationes ext~~ein~~secas quae quandoque creant quandam habitudinem, dico evidentiam, qua penitus impeditur efformatio conceptus et precise per hanc rationem, secundum exemplum S. Thomas, latrocinium apud Germanos non est malum qui propter habitum vitae non potuerunt formare conceptum quem Romani interim et nos hodie habuius, ut relationem dicant ad prima principia.

Praeterea ex verbo "studium" arguere possumus S. Thomam duplice positionem assumpsisse, in quatuor tenet ignorantiam communem repeti a rationibus intrinsecis que ab extrinsecis, ignorantiam vero invincibilem unice repeti ex rationibus extrinsecis; (secus, absurdum est esset imputare quod est intrinsece impossibile). Sane quidem utrusque ignorantiae distinctio dieitur potius gradu quam quantitate et qualitate, quinimo ignorantia communis, quae studio superari potest et fundamentum ignorantiae invincibilis.

Ut factum, Ignorantia legis naturalis in suis conclusionibus quam proximis tam remota est possibilis quia datur, ut historia tam profana quam sacra et experientia testantur(1). Ut limes,

1) I-II q.94 a.4.c et a.6 c et ad lm;q. 100,a.1.c. a 3,c a.11. etc.

sicut veritas, ita et error et ignorantia in ratione est; ratio in conclusionibus practcis errat semper sub duplo aspectu conclusionis<sup>(1)</sup>, judicij scilicet et electionis. Cum, ut constanter tenuimus, electio ad partem affectivam pertineat, a themate nostro exsulet, sub aspectu ambitus cognitivi, ratio "judicande errat, sive sit in speculativis sive sit in operativis"<sup>(2)</sup>. Certum, conclusio non est nisi consequentia naturalis principiorum jam positorum, error praecipue non verificatur nisi per processum syllagisticum; inde infirmitas conclusionis in ipso processu logico jure inveniri debet: problema de ratione intrinseca erroris et ignorantiae jam reddit et acutius ponitur: principia enim prima tam speculativa quam practica <sup>1</sup>/orem necessarium et absolutum aequi possident; in conclusionibus vero practicae non jam illam rectitudinem et evidenter quam speculativae possident. Scilicet logicam necessitatem speculationum non sortiuntur practicae. S.Thomas qnaestioni explicatione dedit ex qua plus minusve rationem eruere possumus. Textus S.Thomae clarior omni commentario: "Ad legem naturae pertinet ea quae homo natura iter inclinatur: inter quae homini proprium est ut inclinetur ad agendum secundum rationem. Ad rationem autem pertinet ex communibus ad propria procedere. Aliter tamen circashoc se habet ratio speculativa et aliter practica: quia enim ratio speculativa praecipue negotiatur circa necessaria, quae impossibile est aliter se habere, absque aliquo defectu invenitur veritas in conclusionibus propriis sicut et in principiis communibus.

1) II Sent dist. 24 q. 3 a.3.c

2) II Sent. dist. 24 q.3.a.3.c.

Sed ratio practica negotiat r circa continentia, in quibus sunt operationes humanae, et ideo si n communibus sit aliqua necessitas, quanto magis ad propria descenditur tanto magis invenitur defectus. Sic igitur in speculativis est eadem veritas ~~habet veritas non apud omnes cognoscatur in conclusionibus~~ apud omnes tam in principiis quam conclusionibus, sed solum in principiis, quaedicuntur communes conceptiones. In operativis autem non est eadem veritas vel rectitudo practica apud omnes quantum ad propria, sed solum quantum ad communia; et apud quos est eadem rectitudo in propriis non est aequaliter omnibus nota. Sic igitur patet quod quantum ad communia principia rationis sive speculativa sive practice, est eadem veritas se rectitudo apud omnes et aequaliter nota. Quantum vero ad proprias conclusiones rationis speculativa, est eadem veritas apud omnes non tamen aequaliter omnibus nota: apud omnes enim verum est quod triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis, quamvis haec non sit omnibus notum. Sed quantum ad proprias conclusiones rationis practice, nec est eadem veritas seu rectitudo apud omnes, NEC ETIAM EST APUD QUOS EST EADEM; EST AEQUALITER NOTA. Apud omnes enim hoc rectum est et verum ut secundum rationem agatur. Ex hoc autem principio sequitur quasi conclusio propria quod deposita sunt sedenda... Sic igitur dicendum est quod lex naturae, ~~quantum ad principia communia est eadem apud omnes per secundum rectitudinem sed secundum notitiam~~ quantum ad quedam propria, quae quasi sunt conclusiones ~~omnium notitiam~~ principiorum communium, est eadem apud omnes et in PLURIBUS et secundum notitiam et secundum rectitudinem: sed in paucioribus potest deficere, et quantum ad rectitudinem et quantum ad notitiam..."(1)

Videtur citatio lengior ut lectorem nimis tedeat: sed his S. Thomas oppositum valorem utriusque rationis clarissime

1) I-II q.94 a.4,c

demonstravit. Sed si rem profundi s consideremus, videtur non esse nisi demonstratum oppositionis factum, quam oppositionis rationem; evidens enim est rationem oppositionis, — ut concretius dicamus, diversitatem necessitatis seu valoris logici conclusivi, repeti non posse ab ipso facto diversitatis, secus circulo vitioso laboramus. Itaque ratio aliunde repeti debet.

Solutio S. Thomas potius perspicitur in systemate generali de cognitione. Re quidem vera principia tam practica quam speculativa, iure, in se, objective sumpta vim conclusivam et varem absolutum etiam in particularibus aequa sorituntur nulla cum differentia. Earum vero cognos**ibili**tas, consequenter ignorantia vel error, principaliter radicatur in virtute limitata humana. Si verum est cognoscibilitatem et ignorantiam in proportione inversa evolvi, cognitionemque humanam intellectualem non effici nisi per conceptum, naturaliter "virtus humana" perficitur, " secundum modum hominis, qui non potest per certitudinem comprehendere veritatem rerum simpliorum, intuitu simplici et praeципue in agibilibus, quae sunt contingentes"(1) Agibilia scilicet non praesentantur at conceptus, ut objectum immediatum intellectus nostri.

Hanc ideam tanto clarius S. Thomas demonstravit, quanto vicinus comparationem instituit inter operabilia et factabilia — Certitude rationis ex intellectu venit: Ratio proprie fungitur in defectu intellectus: ubi igitur vis intellectiva plenarie viget, veritas intuitu simplici comprehensitur(2). Quapropter certitudo aut possilitas cognitionis ordinatur

1) II-II q. 51 a.2 ad 2m

2) II-II q/49 a.5.ad 2m

praeceps secundum possibilitatem conceptus vel ideas. Ea quae sunt artis, sunt magis determinata et certa, eo quod habent majoram possibilitatem ideas, i.e. magis accedit ad conditionem intelligibilium; operabiliorum incerta et varia recedant a natura abstracta et universalitate, minima ut cum modernis dicamus, rationabilitatem habent et expressio S. Thomae qualibet explicationem superat: "ita etiam aliquis error potest accidere conscientiae propter commixtionem eius ad particularia quae sunt quasi materia a ratione aliena, qui non accidit rationi in sua puritate existendi"(1).

Ceterum, lectori in memoriam revocamus quae diximus in articulo praecedenti, in processu speculative, logicis syllogismis, movetur semper intra ambitum idearum abstractarum ab omnibus elementis empiricis, et preinde sortitur in conclusionibus sequac in principiis validitatem universalem et necessariam, evidentiam, et certitudinem ex logicitate intrinseca idearum. In processu vero operative, movetur intra ambitum concreti operationum, quae contingitbus constituitur, quodlibetque elementum empiricum vel circumstantia singularis sufficit vitiare vim conclusivam principiorum ut perveniatur ad aliam conclusionem eliciendam.

Ex altera vero parte, cognitio est synthesis principii interni et externi; causa efficiens et principalis est quidem principium internum, sed cognitio vel scientia evolvitur per vim concreti: "... aliquis huiusmodi universalia principia applicat ad aliqua particularia, quorum memoriam et experimentum per sensum accipit, per inventionem propriam acquirit scientiam earum quae nesciebat, ex notis ad ignota procedens"(2)

1) Verit. 17 a.3 ad lm

2) I.q. 117 a.1.c. in med. et ad lm

Ex his consequitur, cum singulare relationem immediatam cum intellectu habere nequeat, instrumentalitatem conceptus esse necessariam. Quapropter possilitas ignorantiae vel erroris dependet a possibilitate conceptus.

Ratione sic reddita sub aspectu generali cur ex principiis per se notis deduci possit conclusio infirma, ulterius progredi jam possumus. Cum conclusio erronea (ita etiam de ignorantia) sit terminus complexus judiciorum inter se collegatorum seu systematis ratiocinii, ea esse potest diversis momentis: ~~errore~~ scilicet vel ignorantia intervenire potest in tote processu ratiocinii. Quia ignorantia invincibilis smp er fundatur in ignorantia communi, ubi datur ignorantia communis, ibi quoque dari potest major vel minor possilitas ignorantiae invincibilis.

In systemate ratiocinii imprimis venit major syllogismi operativi. Eius valor subjectivo-objectivus determinatur ex ratione a priori elementorum tam subjectivorum quam objectivorum ~~potius~~ complexus (1). Ipse prima principia sunt abstractissima conceptus, universalissimi, item immobiles et certissimi, maximeque accidunt ad conditionem intelligibilium, abstrahuntur ab actione rationis; "illa enim in quibus vis intellectiva plenarie viget, ratione non indigent" (2), sed a priori, intellectis terminis, producunt illam certitudinem absolutam et evidentiam subjectivam, comprehendunturque veritates eorum simplici intuitu synderesis quae, secundum

1) efr art. præced.

2) II-II q.49 a.5.ad 2m

suam constitutionem subjectivam, est habitus primorum principiorum, quae et necessarie ad principia ordinantur et excludit omnem possibilitatem erroris et ignorantiae: "habitus virtutis nemo utitur male, et habitus malitiae nullus bene" (1). — Itaque in majori: "in universali quidem judicio, synderesis — errare esse non contingit" (2); sicut non contingit intellectum errare circa principia secundum se considerata .... ita etiam lumen synderesis in se nunquam extinguitur" (3). Ignorantia igitur supremorum principiorum practiceorum, i.e. principiorum fundamentalium a quibus procedit syllogismus practicus, impossibile est ex intrinseca ratione subjecti et evidentia objectiva rei. Et satis sunt haec.

Aspectum fundamenta iter diversum dat propositio minor sic dicta. Si minor assumit momentum cardinis in quo tota rectitude conscientia actionis humanae vertitur, cum ex una parte transmittat vim conclusam primorum principiorum, ex altera parte praebeat possibilitatem actus singularis, aut brevius minor sit principium singulare, eius validitas vel infirmitas introducit validitatem vel infirmitatem, cognitionem recentam vel ignorantiam aut errorem conclusionis. Infirmitas propositionis minoris, ex doctrina S. Thomas certo deduci potest ex ipsius imperfectione intrinseca structurali. Unicum certitudinis criterium huius propositionis erui potest quando "idem de seipso praedicatur particulariter" (4) De hoc parum

1) III q.63 a.2 sed contra

2) Verit. q.17 a.2.c.

3) II Sent dist.39.q.3 a.1. ad 1m; cfr Ibid. dist 24 q.3 a.3 ad 2m : I,q. 79 a.12 ad 3m; Verit q.16 a.3 ad 4m ibid ad 3m et ad 5m: I-II q. 94 a.4 c; I q.79 a.12 c et ad 3m I-II q.77 a.2.c; ibid q.99 a.2 ad 2m etc

4) Verit q.17 a 2 c.

diserere possumus. Elementa principalia huius principii singularis, ut antea diximus, sunt: elementum empiricum, particulare, aut minus universale secundum S.Thomam et principium assumptum. Particularitas huius principii assumitur et proprie determinatur elemento emprico, non autem principio assumpto. Elementum vero empiricum etsi transformatum sit in conceptum, in integrali functione syllogismi operativi, cuius elementa essentialia, uti abstracta, comportant necessitatem, tamen dependet semper a conditione possibilitatis efformationis huius conceptus ex diversis relationibus jam existentibus et cognitis. Quapropter data impossibilitate cognitionis relationum ex quibus efformatur conceptus (elementum empiricum principii singularis), datur et ignorantia invicibilis; nota vero hoc praecipue a circunstantiis et ambitu exteriori dependere, nam relationes cognitae, non solum efformant conceptum, sed dicunt intrinsece conformitatem vel oppositionem ad prima principia, mediate vel immediate. Hanc convenientiam vel oppositionem in actum reducit ipsum principium assumptum. Lecutum est apud S.Thomam de cognoscibiliitate conclusionum proximarum ex obvia et facili deductione, in eo sensu potius est intelligendum quod cognitae relationes intrinsece concurrunt ad conceptum efformandum, quo prima principia perspiciantur. Principia vero assumpta non concurrunt nisi ad confirmandum relationem elementi emprici ad prima principia: inde, si profundius et accuratius consideramus, haud difficile deducere possumus principia assumpta constituere totum complexum rationum, quae informant relationes, quae concurrere possunt ad conceptum efformandum: constituunt scilicet causalitatem valoris judicij ex rationibus sive aeternis sive empiricis.

Exinde praeter impossibilitatem efformationis conceptus internam , error aut ignorantia principii assumpti euasant ignorantiam aut errorem.

Quae diximus, respiciunt potius terminum, elementum scilicet empiricum. Sed , juxta S.Thomam minor propositio considerari debet in relatione ad conclusionem. Nam error conclusionis, prater errorē formalem uti S.Thomas dicit "formam debitam praetermitti argumentandi et ex hoc in conclusione accidere falsitatem"(1) , repetitur ab ipso errore principii assumpti: et quidem hoc constituit causam principalem erroris conclusionis," quia id quod applicatur in se errorem habet". Expletatio et exemplum S.Thomae omni commentario clarior est, ut quid adjungere possim⁹ : "ut sic ex judicio synderesis proferat⁹, nihil prohibit m lege Dei esse faciendū; et ex superiori rationis notitia assumatur concubitum cum ista muliere esse prohibit⁹ lege Dei, fit applicatio conscientiae concludendo, ab hoc concubitu esse abstinentium.

In universali quidem ~~judicio~~ synderesis, errorem esse non vobis sit... sed in ~~judicio~~ rationis superioris contingit esse peccatum: sicut cum quis existimat esse secundum vel contra quod non est; ut haeretici qui credunt juramentum ad a Deo esse prohibitum. Et ideo error accidit in conscientia propter falsitatem quae erat in superiori parte rationis. Et similiiter contingere potest error in ~~mane~~ conscientia ex errore existenti in inferiori parte rationis, ut cum aliquis errat circa civiles rationes justi et injusti phonesti vel dishonesti"(2).

1) Verit q;17 a.2.c in med.

2) Ibid.

Conscientia trasmittit vim synderesis , efficitque unitatem rationis sive superioris sive inferioris ad conclusionem. Quilibet error sufficit ad conclusionem erroneam eruendam juxta celebrem syllogismi regulam: conclusio ~~per~~orem sequitur partem. — Hic admonere nec omittimus differentiam possibilitatis ignorantiae vel erroris inter rationem superiorum et inferiorem. Nam principium assumptum rationis superioris, quia inspicit principia magis evidentia magisque ab contingentibus experientiae abstracta, possibilitas ignorantiae vel erroris repetitur unice a ratione extrinseca ideae vel facti. Principium vero assumptum rationis inferioris, cum magis procedat a rationibus empiricis, sequitur sortem elementi empirici maioremque possibilitatem ignorantiae vel erroris etiam invincibilis. Nam validitas experientiae adipisci non potest <sup>1</sup>~~valorem~~ principiorum superiorum absolutorum et evidentium ac certorum. Principium, quod dicit relationem ad prima principia nisi fundetur conceptu abstracto ex relationibus concretis deducto, facilius expenitur contingentibus. Ceterum, quod juxta nos magis convincentius est, elementa empirica cum contingentia sint, ~~majoremque~~ comprehensionem habeant, plures aspectus praebere possunt, ex quibus diversi conceptus abstracti formari possunt. Et quidem prædictre possunt in judicium perfecte contrarium ex his conceptibus diverse formatis ex iisdem elementis, prouti fundetur consideratione diversa hominis: celebre est exemplum adulterii juxta S.Thomam .Ratio enim ex relationibus, id percipit illicitum, sed ex alia parte praebetur conceptus delectationis. Conclusio oscilatur inter propositiones alternative aequae possibles.

Ratio humana tanto errori vel ignorantiae obnoxior est quanto magis ad particularia accedit. Si conclusio considerari potest ut terminus processus syllogistici operativi vel ut conclusio remota primorum principiorum maxime particularis ipsa ex se limitatur ad particularem et concretum actum in determinatis circumstantiis stricte definitis constituto, consequente susceptibilis est gradus maximeque accedit ad contingentiam et incertitudinem. Ut vero melius explicetur juvat lectorem in memoriam revocare structuram intrinsecam conclusionis. Cognovimus jam ex praecedenti articulo conclusionem particularem constitui fundamentaliter elemento obiectivo quod comprehendit virtutem conclusivam principiorum, ideam abstractam et factum concretum uti hic et nunc datum et elemento subjectivo, quod est conscientia.

Possibilitas erroris minoris propositionis partim dependet a defectu conceptus, partim a possibiliitate plurium aspectuum considerationis. Defectus conceptus infert directe vel impossibilitatem vel errorem conclusionis, sine ulla relatione ad prima principia. Possibilitas vero plurimorum aspectuum considerationis elementi empirici ex quo conceptus fieri potest, exprimit tragediam rationis humanae inter bonum et malum, verum et falsum, faciendum et vitandum. Vita moralis humana consumatur hoc luctamine. Conclusio in actu particulari, sequi sequi potest propositionem contrarie formatam/ in minori. Rectitudo vel non conclusionis fataliter dependet a principio assumpto: S. Thomas dicit hanc duplicem universalem provenire a fonte diverso: "ille qui habet scientiam in universalis propter passionem impedit ut ne possit sub ille universalis sumere, et ad conclusionem pervenire sed assumit sub alia universalis quam suggerit inclinatio passionis et sub ea

concludit"<sup>(1)</sup> Sed fine finaliter quaestio semper regredi debet ad vim conclusivam primorum principiorum, quibus bonum est faciendum, malum vitandum, quibuscumque in circumstantiis et conditionibus. Porro conclusio errat non semper dependenter a praemissis propositionibus vel principiis assumptis sed hanet quoque rationem erroris vel ignorantiae independenter. Cognitio enim vel scientia, juxta S.Thomam, sub aspectu generali, duplice intenditur vel universalis vel particularis; utiusque defectus sufficit ut impediatur rectitudo voluntatis. Utraque deinde esse potest in actu vel in habitu. Si res consideretur in lice strictae regulae logicae, cum "actus actui contrarie~~ntur~~"<sup>et</sup>, cognitio universalis ~~et~~ ignorantia vel error in particulari in actu sunt contradictoriae, et componi neq; eunt: "non posset contingere quod aliquis haberet in simul scientiam et opinionem veram de uni uersali affirmativo et opinionem ~~falsam~~ falsam de particulari negativo n aut e converso: sed bene potest contingere quod aliquis habeat veram scientiam habitualiter de universalis affirmativo et falsam opinionem in actu de particulari negativo"<sup>(2)</sup>.

Scientia actualis in uni uersali, vim determinativam habet in scientiam in particulari, i.e., scientia in particulari necessario supponit scientiam in universalis sive actu sive habitu, et impossibile est scientiam esse in particulari cum regnat ignorantia vel error in universalis. Quapropter ignorantia vel error in particulari habet independetem rationem<sup>(3)</sup> "Contingit ergo quod aliquis habet scientiam in un iversali, puta nullam fornicationem esse faciendam, sed non cognoscat in particulari hanc actum, qui est fornicatio, non esse faciendum"<sup>(3)</sup>

<sup>1)</sup>I-II q.77 a.2.ad 4m; <sup>2)</sup>ibid ad 3m ; <sup>3)</sup>I-II q.77 a.2.c

*sane*  
Possibile est enim ut quis scientiam tam unive saltem quam particularem in habitu habens, in actum proceat contra eandem scientiam habitualem, sive propter defectum simpliciter intentiōnē sive propter distractionem, sive propter impulsū passionis in contrarietatem, sive propter immutationem corporalem(1). Indubium quidem haec omnia imputari rationibus plane concorrentibus quidem, ~~duobus~~ non efficiētibus intrinseco, q. aequo sepe sub potestate nostra sunt ut ignorantiam repellere possimus saltem in causa.

Defectus vero scientiae in habitu in parti clari longe aliam considerationem meretur: nam scientia in particulari in habitu perfecit ciclum syllogismi cognitionis, i.e ignorantia vel error, item et possibilitas erarumdem superata est, transformataque est in evidentiam subjectivam. Ignorantia autem in habitū, nondum superata est, et possibile est ut non superetur rationibus tam extrinsecis quam intrinsecis subjectumque nullimode evidentiam possideat.

Supervacuum est notare scientiam in particulari certo deficere, deficiente scientia in universali, deficit enim ratio seu fundamentum unde conclusio elicatur. Magis notandum est super ipsius actum particularē. "Contingit quod aliquis habet scientiam in universali, puta nullam fornicationem esse faciendam, sed tamen non cognoscet in particulari huc actum, qui est fornicatio, non esse factendum"(2) Imprimis conclusio particularis, si spectetur in natura sua intrinseca et proprio sensu compaxiva, non est nisi resolutio facti, in ordine ad prima principia, factum vero ut in conclusione efficaciam habeat transformandi in valorem

*Conclusio*

1) I-II q. 77 a. 2. c

2) bdd.

judicii, debet esse ordinatum sub categoria conceptus abstracti ut inde dicat relationem ad prima principia sub comparatione ideae eiusdem constituta non solum objective sed etiam subjective. Nonobstante igitur objectivitate conceptus abstracti, si, juxta cognitionem et existimationem subjecti, factum quoddam vel actus particularis, qui objective et in suis elementis essentialibus convenit plane et absolute eidam ideae abstractae, non cognitum fuerit tale, aut quia illud subjectum non cognoverit plane ideam universalem, aut penitus erroneam formaverit, aut quoddam elementorum essentialium facti, quibus cum concepto cognito concordant, ignoraverit vel erranea percepit, resolutio facti ad principia fit impossibilis et conclusio non elicetur aut errat invincibiliter. Quapropter date infinite numero huius genris contingentium possibilitas ignorantiae invincibilis multo major est: nam contingentia minorem possibilitatem cognitionis habent; relationes quae haec tangunt, sunt particulariores et incertae.

Ultimo tandem venit consideranda conscientia uti realisatio valoris facti particularis. Conscientia audit dictamen aut judicium, accepta "pro quacunque notitia" ((1)) limitataque in pura cognitione et intra mites cognitionis persistens. Conscientia juxta suum valorem intrinsecum, non est nisi vis synderesis, a qua dependet, positionemque cum primis principiis analogam assumit, ut tanto debilior eveniat quanto ad particulariora accedat (2). Cum in processu ratiocinii practici, sempre sit conscientia, quae dicat collationem inter vim conclusivam principiorum et facti particularis (3), consequitur eam comitari totum ratiocinium, respicere

1) Verit. q.17 a.2.c; II Sent. dist 24 q. 2 a 4 ad 7m

2) II Sent DIST 39 q.3 a 2 c; Verit q.17 a 2 c

3) Verit q.17 a 2 sed contra

totam experientiam concretam et possibilem: aliis verbis:  
 conscientia comprehendit, judicat totalitatem experientiae  
 humanae, eique dictat regulam normativam inde valorem moralem  
 factum actu sortiatur. Quapropter erroris possilitas  
 conscientiae comprehendit totum processum ratiocinii practici.  
 Quinimo conscientia non obtinet rationem independentem erroris  
 vel ignorantie: errat quatenus principium assumptum sive in  
 ratione superiori sive in ratione inferiori erratum "error  
 rationis" (1), vel conceptus fuit erroneus vel facti ignorantia: —  
 aliis verbis, conscientia non propria ratione errat sed  
 elementis jam in se constitutis, quatenus vel "malis utitur",  
 vel supra fundationis erroneis fundatur dum male syllogizans,  
 modus indebitus ratiocinandi potius supponit causam rationis  
 et conscientiae alienam supermenientem, quae influit in electionem non autem in conscientiam ipsam. Aut brevius et clarius  
 dicere possumus, conscientia est actus, qui valorem facti  
particularis realizat secundum elementa a ratione data,  
 non refert utrum haec sint facta vel faceinda. Nam conscientia  
 totalitatem experientiae continens et comprehensens, est actus,  
 qui omniauti praesentia sibi repraesentans, aut testatur,  
 aut quid fiat quod actu per sensum percipitur, vel factum  
 fuerit quod in memoriam revocatur, ut deinde, in via judicii  
 conclusiones in principia resolvantur, efficatur scilicet  
 facti resolutio in prima principia unde valorem sortiatur; —  
 aut per scientiam, in via inventionis, factum dirigit ad  
 valorem primorum principiorum. Ex hoc clare percipere liquet  
 conscientiam totam synthesim facti et principii, actus parti-  
 cularis et primorum principiorum operari. Jure meritoque

---

1) II Sent. dist. 24 q.2 a 4 c

conscientia a S.Thoma aequo nominatur conclusio, quia conscientia concludit totum processum rationis practicae humanae, realizat eius valorem moralem in concrete et particulari, idque momentum assumit in vita humana rationali, ut in omnibus circumstantiis et conditionibus quibuslibet, sit quae "pulset" utrum id quod fiat, quod factum sit, quod faciendum sit, ordinatum sit ad finem existentiae nostrae secundum naturalem nostram cognitionem principiorum et inclinationem nostram inditam.

Post hanc longam expositionem rationis sive cognoscibilitatis sive ignorantiae, superfluum est earumdem inquirere causas tam intrinsecas quam extrinsecas: Nam ipsa possibilis cognitionis vel eiusdem limes satis jam, immo perfecte, dicit ~~multitudinem~~ causas intrinsecas. Quoad causas vero extrinsecas prater ea quae dixit S.Thomas(1), nihil aut prorsus nihil adjungere possumus: quapropter nobis parabit lector.

ooooooooooooooo  
o oooooooo  
ooooooo

Cognitionis legis naturalis in suis conclusionibus habet possibilitatem <sup>habet</sup> et suas limites: eas uti positivum et negativum — in eodem subjecto de eodem objecto, oscilantur inter duo extrema: evolvunturque in proportione inversa: ubi terminatur possibilitas cognitionis ibi existit ratio ignorantiae.

1) II Sent. dist. 24 q.3.a.3 c; II+II q.51,a.1 ad 2m;

I-II a.94 a.6,c; II Sent. dist. 39 q. 3 a.1. ad 1m;  
Verit. q.16 a.3 c et 3m; III Sent. dist. 37 q.1, a.3 c;  
III q.70 a.2.ad 1m; I+II q.99 a.2 ad 2m; ibid. q.100 a.5 ad 1m  
II-II q.22.a.1 ad 1m; ibid.q.154 a.2. ad 1m ;I-II q.98,a.6  
c; ibid. q.77 a.2 c; ibid. q.96 a.26 c;II+II q.49 a.1.c  
ibid. q.47 a.9 ad 2m ;I-II q.93 a.6 c; III+II q.57,a.2 ad 1m  
etc.

In expositione, non discedimus unquam a principio generali S.Thomae: i.e. Conclusiones proximas sunt magis cognoscibiles, quatenus deduci possunt ex obvio rationis discursu; remotae autem difficiliori. Hoc principium de se determinate debet possibilitatem cognoscibilitatis et ignorantiae, et concipi potest, non solum ut judicium, sed etiam ut Criterium. Id porro non impedit quominus analysim ulteriorem structuræ conclusionum instituendo ad rationem profundiorern pervenerimus. Nam facilitas cognitionis conclusionum fundari debet in suis elementis essentialibus, quae in ambitu rationis contineri debet: quapropter solutio problematis translata est in positionem generalem theorie cognitionis thomisticae, in qua cognitio fundatur in immaterialitate(unitate) ignorantia uti limes cognitionis causatur materialitate (multiplicitate). Principium itaque S.Thomae: "aliquis error potest accidere conscientiae propter commixtionem eius ad particularium, quae sunt QUASI MATERIA A RATIONE ALIENA, qui non accidit rationi in sua PURITATE EXISTENTI"(1) informavit totum processum et rationem huius articuli. Et naturaliter sive possibilitas vel impossibilitas cognitionis determinatur inde possibilitate vel impossibilitate( facilitate vel difficultate) efformationis conceptus. Haec consideratio essentialiter et proprie fundatur supra doctrinam S.Thomae.

---

1) Verit. q. 17 a. 2, ad 3m.

CONCLUSIO GENERALIS

Itinere haud brevi aequo ac arduo emense thema nostrum concludimus. Vix notare est nostram inquisitionem fundari illa methodo limpida et certa S. Thomas. Conceptu praeciso legis naturalis et ejus elementis essentialibus necnos et ambitu ejusdem accurate exposito, argumentum duplicitate processimus, secundum quod respiciat sive ad principia ipsa sive ad conclusiones earumdem. Nos longius circa has ultimas morati sumus, ex eo quod, earumdem structuram et consequentiae vim habent determinandi totum systema morale. Firme principio generali S. Thomas de obvia majori vel minori facilitate cognoscibilitatis conclusionum proximarum remotarum, deducta principaliter ex necessitate rationis et vitae, conati fuimus praecipue cognoscibilitatem eruere ex elementis essentialibus in structura conclusionum, et ~~in~~ tandem per venimus, semper inniti principiis S. Thomas tam generalibus quam particularibus, ad ultimum punctum, in quo juxta S. Thomam, tota possibilitas vel limes cognitionis residere potest. //  
Certum est sane, in analysi ultima, supposita qualibet conditione subjectiva, nullam cognitionem fieri, defficiente conceptus possibilitate. Utique, sub aspectu logico principiorum et naturae rei, judicium evolvitur de universalis ad particularem sed sub aspectu empirico facti, possilitas conceptus determinat totum. Quapropter principium S. Thomas, quod ad determinationem cognitionis ratio indigeat memoria et sensu, apud auctores tamquam par momenti remanens, juxta nos constituit totam rationem cognoscibilitatis legis naturalis juxta principium generale theologie theoriae cognitionis S. Thomas. Quinimo hoc punctum, in quo doctrina S. Thomas ultimo tandem resolvenda est, constituit criterium possibilitatis cognitionis et consequenter limen ignorantiae ac erroris invincibilis.

Sic thema nostrum absolvimus. Putamus nos plane obtinuisse quod a principio argumenti proposuimus: structuram scilicet legis naturalis et rationem intrinsecam cognitionis et ignorantiae ejusdem inquirere. Responsabilitas vero moralis, quae inde sequi potest, constituit, nobis videtur, argumentum independens, quapropter ab ea abstinuimus. Sufficiat tamen recollere principium generale S.Thomae quod ignorantia vel error invincibilis ab imputabilitate excusare. Quousque vero extendunt causae hujus ignorantiae vel erroris invincibilis, quomodoque is superari possit, ut responsabilitas inde ~~q~~anquam in causa non oriatur, facile eruitur cum criterio quod ex doctrina S.Thomae obtinuimus.

§§§§§§§§§§§§

L.D.S.